5 nam. l. qui ea mẽte. ff. de fur. † ego alias ꝯ istã opi. allegabaꝫ q si sciuit ius & factum lꝫ non fuerit cõtractũ matrimoniũ p vba de pñti non possit repetere alia rõne qr videł donasse cũ dederit ob cãm impossibilem sequi quã sciuit impossibilẽ per glos. in. l. milite & in. l. si dicam. C. de cõdi. ob cãm. non ergo prohibeł repetere eo q cõsummauerit delictum sed eo q donasse videł vt etiam tenui. in. l. iij. §. si liber homo de condi ob cãm nunc reperio. d. Rapħ. mouentẽ hanc opi. & tenenteꝫ ꝯ Barto. & Pla. q non possit repetere sed alias ad hãc rõnem rñdebaꝫ q glo. in ꝯtrariũ allegata loquił cũ qs non dedit aĩo repetẽdi vllo tẽ pore ob cãm quã sciuit impossibilẽ. Sꝫ datũ in cãm dotis datł aĩo repetendi saltẽ soluto matrimonio vnde nõ presumił ani-
6 mus donandi lꝫ sciuerit ius & factũ & sic tene opi. Bart. que est pulchra. ℭ † Circa aliam gl. no. que querit qd iuris esset si consummatũ est matrimoniũ per copulã carnalẽ q casus nõ ponitur hic & tꝫ glo. q tunc non possit repetere nisi ignorauerit ius & factũ si sciuit vtrumque vel alterũ tm̃ phibeł repetere nõ tamẽ remanebit penes virũ sed applicabitur fisco. per. l. qui ꝯ de incest. nup. & j. de ritu nup. l. inceste qr hoc casu requiritur error iustissimus vt excusetur a pena. vt. d. l. q ꝯ. dum dicit acerrimus. Barto. dicit q istud est verũ quantũ ad lucra municipalia qr nihil potest lucrari ab altero cõiuge qui contraxit incestas nuptias nisi ignorauerit ius & factuꝫ quodcunque sciuerit talia inde auferunł sibi a fisco quantũ vero ad perditionem bonoruꝫ suorum vt in hoc puniał non sufficit error sed requirił sñia vt in auł. inceste ibi posita sed perditio dotis & perditio bonoruꝫ suorum ergo istam penam nõ patitur qñ ignorauit factum vel
8 ius sed tunc si vtrumque sciuit sed matrimoniũ indistincte nõ tꝫ etiam si ignorauerit vtrũque. ℭ † Item an filij sint legitimi dic vt in glo. quia quãtũ ad ignorantes possunt esse legitimi. Iteꝫ si queritur quãtum ad euitandũ penã incestus similiter distinguitur q siue ignorauerit ius siue factum euitał illa pena per l. si adulterium cũ incest. ĩ. de adul.

ℭ De condictione furtiua. Rubrica.

1 ☞ Agens cõdictione furtiua hꝫ necesse in libello se allegare dñm sed non probare dominiũ sed sufficit pbare furtum. & qd si conuentus probet contrarium. & nu. 2.
2 Agens rei vendicatione ꝯ spoliatorem probando spoliationẽ habet intentionẽ suam fundatam in dominio.



1 In re furtiua. † Quero hic an ille qui agit condictio furtiua habeat necesse probare dominium ad hoc vt obtineat. videł q sic. quia non cõpetit nisi domino. sed certe sm hoc nõ differt ista cõdictio a rei vendicatione & sic possit competere contra quemlibet possessorem sicut & vendicatio vel actio ad exhibendum. vt. l. de eo. §. fi. s. ad exhiben. cuius contrarium habetur. j. eo. l. v. quod non datur nisi contra furem vel heredem eius. si autem dicatur q non habeat necesse probare dominium frustratoria esset ista lex. dic licet doctores non tangant q habet necesse in libello se allegare dominum & ita intelligit hic: non tamen habet necesse probare dominium sed sufficit p
2 bare furtum & hoc ipso censetur fundata intentio agentis † sicut videmus in eo qui agit rei vendica. contra spoliatorẽ quia probando spoliationem habet intentionem suam fundatam in dominio. vt. l. si quis emptionis. §. hoc super illis. C. de prescrip. xxx. anno. si tamen conuentus probaret contrarium videtur q actor debeat excludi si intentauerit condictionem furtiuam quia inepte intentauit non tamẽ prohibetur recurrere ad alia remedia postquã reus absoluitur ex eo q actor ineptã actionem intentauit. vt si men. fal. mo. dixe. l. j. & in. c. examinata de iudi.

2 ☞ Contra filium alicuius defuncti non est fundata intentio agentis probando q sit filius nisi pbet q se immiscuerit vt teneatur tanque heres patris.
3 Agere volens contra furiosum vel infantem debet dictare libellum ꝯ curatorem vel tutorem. & illos facere citari.
4 Si contra pupillum vult agere: potest libellum dictare vel contra tutorem vel contra pupillũ in electione agentis sed si facit pupillum citari: debet expresse dicere quod compareat cum tutore. & nu. 3.
5 Si vero agit cõtra maiorem pupillo vt in adulto in electione actoris est an agat contra curatorem vel adultum. et si contra adultum & ledatur potest adultus restitui & si adultus simpliciter citatus sine curatore cõpareat potest ab actore repelli.



1 Conditione. † Etiã illi qui nõ pñt furtũ cõmittere vt infantes furiosi pñt hac condictione teneri ex psona tñ alterius qui committere potuit si sunt heredes illius.
2 h. d. ℭ † In text. ibi cum heredes necessarij supple tm̃ vt serui quia obligant cũ effectu. si autẽ sunt sui & necessarij vt filij in potestate tunc obligantur mero iure sicut mero iure efficiunł heredes sed nõ cum effectu pter beneficiũ abstinẽdi qd habent a pretore. & hoc vult dicere glo. vñ nõ est fundata intentio agẽtis probando q sit filius nisi probet q se immiscuerit. vt pbał in. l. necessarius. de acqui. here. & in. l. si cum dotẽ. §. trãsgrediamur. sol. matri. sed in seruo non est necesse pbare immixtioneꝫ.
3 ℭ † In tex. ibi q̃uis cum eis agi non possit per hũc tex. patet q q̃uis quis vult agere contra furiosum vel pupillum infantem non debet dictare libellũ ꝯ eos nec facere eos citari sed cõtra tutorem vel curatorem & illos facere citari al's non valeret quicquid actũ esset. qd etiã ptꝫ in. l. iiij. in prin. de in ius voc. tene menti. si aũt maior est infante est tamen pupillus tunc põt dictare contra pupillũ vel ꝯ tutorẽ. tamen in electione tutoris est vel per se litigare sine pupillo vel facere pupillũ litigare et
4 sibi autoritatem prestare. † Si autẽ est maior pupillo tũc est in electione actoris an velit litigare cũ curatore: an aũt cũ maiore autoritate illius vt hec habentur in tex. no. in. j. §. sufficit de admi. tut. si tñ facit citari pupillum dꝫ expresse dicere q cõpareat cum tutore. si aũt nõ diceret adhuc Bart. in. d. §. sufficit. et in. l. qui habet. §. si pupillus. ĩ. de tutel. videtur tenere q valeat citatio & quod intelligatur q compareat legitime: sꝫ habui in practica istum articulum & procuratores & aduocati videntur tenere cõtrarium per. l. hoc autẽ. qui. ex cau. in pos. ea. qr pupillus sine tutore non habet legitimã personam standi in iudicio
5 ideo non debet citari simpliciter † nõ sic in adulto quia si non habet curatorẽ habet legitimam personã lꝫ posset restitui si ledatur tamen acta non sunt nulla secus in pupillo: & ideo videtur q adultus possit simpliciter citari tñ dꝫ cõparere cum curatore: al's si actor velit põt ipsum repellere.

2 ☞ Fur cũ semper sit in mora nõ liberał p interitũ rei & potest condici ipsa res vel ipsa estimatio re perempta. & nu. 1.
3 Si monachus cui delata est hereditas moriatur anteque adeat q potestas adeundi remaneat penes monasterium & q secus sit in seruo vel filiosa. & nu. 1.



1 Si condicatur. † In hac actione venit etiã interesse consistens in lucro. h. d. ℭ In tex. ibi heres est institut⁹ id est iste seru⁹ subtract⁹ anque subtraherel vel post & dñs nõ potuit sibi iubere vt hereditatem adiret & ille seruus est mortuus apud furẽ certe ptãs adeũdi nõ põt transire in dominũ qui nõ põt acquirere hereditateꝫ delatam seruo. vt. l. iij. C. de here. insti. nisi ipso seruo adeunte cuꝫ ergo perdat hoc lucruꝫ facto ius recuperat ab eo officio iudicis deseruiente huic actioni similiter et pretium serui postquã seruus restitui non potest: ideo ad ipsum seruum agi potest vt patet circa fi. dum
2 dicit hominem condicat: qr † cum fur semper sit in mora non liberatur per interitum rei. vt. l. j. §. rectissime. de vi et vi arma. potest etiaꝫ condici ipsa estimatio re perempta. vt. ĩ. eo. re fur-

3 tiua. ¶ † Quid autem in monacho cui delata est hereditas si moriatur anteq̃ adeat an potestas adeundi remaneat penes monasterium Bar. inducit ipsum tex. q̃ nõ q̃ iura que loquũtur in seruis locum habent in monachis. ⁊ dicit no. Innoc. in c. cum olim. de priui. Bald. multum bene examinat istum passum in. l. j. C. qui admit. ad bo. pos. ⁊ Joan. an. in. c. presentia. de proba. in fi. glos. magne. vbi recitat quandam opi. q̃ aliud sit i monacho hoc casu quia nõ habeat velle vel nolle quãdo hereditas per se fertur sibi censetur delata monasterio et abbas viuente monacho potest eam adire. et non requiritur factum monachi. quam opi. pluries fui secutus consulendo ⁊ sic non equiparatur seruo vel filiofa. quia in eis diuersa est ratio si bene inspiciatur.

2 ☞ Quando concurrunt ista duo quod ad aliquem peruenit res furtiua vel aliquid ex ea ⁊ ipse habet in potestate furẽ potest contra eum dari condictio furtiua licet ipse non cõmiserit furtum vel sit heres furis.

3 Sicut filiusfamilias obligat̃ ex cõtractu vel quasi preterq̃ in mutuo ⁊ voto ita obligat̃ ex delicto.

4 Condictio furtiua quare sit magis stricte nature q̃ actio furti. ⁊ numero. 1.

1 **Si seruus.** † Ex furto serui vel filij datur hec actio ɔtra patrem vel dñm quatenus ad eos peruenit q̃ filius nõ põt dari pro noxa. sed hñ dat̃ ɔ ipsum filiũ ⁊ qui furtũ non committit vel nõ est heres eius q cõmisit nõ tenet̃ hac actione etiã si opẽ vel cõsiliũ prestiterit l3 teneat̃ actione furti. h. d. cũ duabus legibus sequentibus. ¶ † Not. primo q̃ quando concur-
2 runt ista duo q̃ ad aliquem peruenit res furtiua vel aliquid ex ea ⁊ ipse habet in potestate furem potest dari hec actio contra eum licet ipse nõ commiserit furtum vel si heres furis alte-
3 ro autem deficiente nõ potest. vt in. l. se. ¶ † Item not. ex illa. l. q̃ sicut filiusfa. obligatur ex contractu vel quasi p̃terq̃ in mutuo ⁊ voto. vt. l. filiusfa. de actio. ⁊ oblig. ita obligat̃ ex delicto ⁊ in tex. ibi dum dicit condici potest supple nõ a patre ad quem nõ peruenit ⁊ ad hoc ꝓbandũ q̃ nõ a patre sequit̃ in text. nũq̃
4 enim ⁊c. etiã noxaliter l3 secus sit in dñο. ¶ † Tertio no. in. l. proinde. q̃ ista condictio est magis stricte nature q̃ actio furti quia non põt dari cõtra illũ qui nõ cõmisit furtum vel qui nec est heres furis vel vniuersalis successor licet prestiterit opem vel cõsilium ⁊ tñ actio furti hñ datur ɔ illos. videbat̃ contrariũ cũ sit penalis: ⁊ sic magis odiosa: vñ si illa dat̃ fortius ista que est persecutoria. vt in. l. proxi. sed rationem diuersitatis sume ex his que no. per glos. in. l. nec legatarius. j. eo. ¶ Glo. hic oppo. de. l. sepe. de ver. sig. Solue q̃ ibi non loquit̃ de cõdictione furtiua que non datur contra illum qui prestitit opem vel consilium etiam si res ad ipsum peruenit si nõ habet furem in sua potestate sequitur de certi condictione generali vt in secũda solutione glo. ⁊ hoc propter regulam que ponitur in ista. l. ex furtiua versi. nunq̃ enim.

1 **Si pro fure.** † Per trãsactionem factam super actione furti non tollitur ɔdictio furtiua. h. d. sunt em̃ actiones diuerse et ad diuersa tendentes. vt in ꝑñ. §. veruʒ vna sublata nõ tollitur altera. vt. s. de iureiuran. si actor vñ põt intelligi hic duʒ dicit decisione. id est snĩa absolutoria super actione furti quod tamen est verum si non fuit pronuntiatum super facto al's secus vt si pronuntiauit ipsum non commisisse furtuʒ vnde si fuit intentata actio furti ad penam non possit postea agi condi. furtiua quia veniret contra sententiã que transiuit in rẽ iudicatam per ea que not. in. l. iul. verum debitorem. ⁊ ita videtur sentire Bartol. in. l. si duo patroni. §. idem iul. de iureiur. ⁊ idem in iuramento. vt ibi Pau. de ca.

Furti actio. Persecutoria non tollit̃ per penalez vel econuerso qñ proueniunt ex delicto vel eius dispositione ad hoc semper allegat̃. rõ est quia tũc põt peti res ⁊ pena. iõ si petijt alterã ⁊ obtinuit nõ prohibetur alteram petere ita loquitur iste tex. si autẽ succũbit dic vt statiʒ dixi. qñ autem proueniunt ex ɔctu tunc regulariter non potest peti res ⁊ pena. vt. l. rescripto. §. si pacto. s. de pac. ⁊. l. apud celsum. §. idem labeo. de doli excep. ⁊ ideo si agit ad vnam ⁊ obtinuit repellitur ab altera nisi fuisset dictum rato manente pacto. vt. l. qui fidem. s. de transac. Item limita hunc tex. quãdo a prin. actio fuit penalis si ex postfacto q̃ tunc colligit̃ per persecutoriam vel ecõuerso. vt in. l. metum. §. licet. s. qd met. cau. et ibi no. Item habet locũ iste. §. quando in pena nõ est rei persecutoria al's si fuisset actum penali ⁊ exactum tolleretur rei persecutoria. vt in. d. §. licet. ⁊ ibi not. et vide bonam glos. institu. si qua paupe. fe. dicatur. §. fina. et. s. nau. cau. stabu. et ita. §. fina. ⁊ quod not. per Bartol. post Dyn. in. l. j. §. dixerit aliquis de publicanis.

2 ☞ Actiones ex delicto qd nõ dentur contra heredẽ nisi quatenus ad eum peruenit vel nisi sit lis cõtestata.

3 Condictio furtiua an sit ex delicto ⁊ an dicatur extraordinaria. ⁊ numero. 2.

1 **Cõdictio rei.** † Hec actio datur ɔ heredẽ in eo qd ad eum peruenit qualitercũq̃ res perierit. h. d. in hoc ergo ista condictio h3 naturã actionis
2 ex ɔctu non ex delicto † q̃ actiones ex delicto nõ dant̃ ɔ heredẽ nisi quaten⁹ ad eũ ꝑuenit vel nisi sit lis cõtesta. C. ne ex delic. defun. l. vnica. sed inquantũ dat̃ noxaliter ɔ dñm ex delicto serui habet naturam actionis ex delicto quia actiones ex ɔctu non dantur noxaliter. ideo ista ɔdictio dicitur extraordinaria vt no. super glos. rubrice ⁊ etiã ꝓpter qd habet̃ in. l. j. s. eo. q h3 naturam ɔtrã aliarũ ɔdictionũ: ideo h3 strictã naturã. vt p3 ex l. furtiua. cum. l. seq. ⁊ qd no. i. l. sed nec legatũ. j. eo. ⁊ dicit glo. q̃ nec ex ɔtractu nec ex maleficio sed ex varijs figuris causarum.
3 † Doct. autem dicunt q̃ imo est ex maleficio. vt est casus. in. l. si ambo. §. quoties. j. de compen. ⁊. l. si mulier. §. plane rerũ amo. non tamen sequitur in omnib⁹ naturã actionũ ex maleficio vt patet hic. ideo est extraordinaria. ratio aũt quare in heredẽ datur l3 ad eum nihil peruenit ponit̃ hic in tex. que est persecutoria que tñ ratio in alijs orientibus ex delicto nõ esset sufficiẽs vt dentur ɔ heredẽ si ad eũ nihil peruenit etiam si sint persecutorie: sed ista est bona ratio ad denotandum diuersitatez inter istam cõdictionẽ ⁊ actionez furti q̃ actio furti nõ daretur ante litem. nõ contest. vt in. l. j. de priua. delic.

2 ☞ In obligatione rem restitui q̃ succedat obligatio ad estimationem re perempta: ⁊ an debeat peti ipsa res vel estimatio. ⁊ numero. 3.

3 In obligatione rem tradi seu in obligatione faciẽdi post morã succedit obligatio ad estimationẽ etiam re nã perempta.

1 **In re furtiua.** † Ista condictio competit ad corpus rei subtracte si extat vel etiam si non extat: si tñ mora per oblationem nõ fuit purgata: al's sec⁹ põt etiã cõdici estimatio si res est perempta mora non purgata ⁊ venit estimatio quanti plurimi fuit a tẽpore more. Item etiam veniũt fruct⁹ ⁊ alie vtilitates. h. d. tota lex. ⁊ Bar. facit magnũ festum de ista
2 l. in. l. stipula. non diuidunt̃. de ver. ob. † q̃ in obligatione rem restitui succedit obligatio ad estimationẽ re pempta nõ prius nam quousq̃ res extat d3 condici ipsa res vt patet hic. in prin. postq̃ vero est perempta mora nondum purgata cũ fur semp sit in mora durat condictio vel ad ipsuʒ corpus l3 non sit in rerum natura. vt. s. e. l. iij. in fi. dum dicit si mortuũ hominẽ cõdicat ⁊ deuenitur ad estimationẽ officio iudicis vel etiã põt peti ipsa estimatio recta via ⁊ iure obligationis. vt est tex. hic dum dicit durat ɔdictio estimationis etiam re perempta post morã sed d3 peti ipsa res. vt in. l. vbi autem: ⁊ in. l. si seruum. §. fin. de verb. obli. ⁊ si peteret̃ estimatio inepte ageret ⁊ succũberet. qd dic vt no. in spe. de obli. solu. §. sequitur videt̃ videre versic. qd
3 si libellus. † In obligatione autem rem tradi post morã succedit obligatio ad estimationem etiaʒ re non perempta. vt. l. j. in prin. j. de act. empt. ⁊ idem in qualibet obligatione faciendi vt in. l. si quis ab alio re de iudi. seu in obligatione rem restitui adhibetur media via qua extante non succedit sed ea perẽpta sic. vt est hic text. notabilis. ⁊ adde quod not. j. de do. cau. mor. l. si filio per glo. ⁊ doc.

1 **In cõdictione.** † Hec actio dat̃ ɔ heredem ꝓ hereditaria portione nõ inspectõ an ad eum puenerit vel quantũ puenerit. h. d. Sup glo. ibi cõmo. l. iiij. in. §. heres sed certe ille. §. loquit̃ in actionibus bonefidei ⁊. l. si quis §. j. s. de eden. loquitur qñ agitur officio iudicis quo cum agatur ex equitate debet instar bonefidei. tunc enim verum est q̃ si vnus ex heredibus h3 facultatem rei restitu. insolidum potest insolidum conueniri l3 sit heres ꝓ pte sed in actione stricti iuris non sic est vt patet in. §. si tibi homo. §. si fundus. de leg. j. solutio verum est cum actione stricti iuris personali non concurrit rei vendi. ⁊ ita loquitur ille. §. si autem concurrat tunc sicut ipsa rei vendica. daretur in illũ solũ qui h3 facultatem rei restituende ita ⁊ illa actio personalis ita loquitur ista gl. q̃ ista condictio non competit nisi domino qui h3 rei ven. ⁊ ista fuerunt verba Dyn. in. l. qui fundum. §. si tu ex parte. j. ad. l. fal. de quibus Barto. facit magnum festum. in. l. eadem. §. cato. de verb. obli. vbi pulchre ⁊ subtiliter examinat istum passum et habetur per Cyn. in. l. pro hereditarijs. j. de here. actio. si tamen lis fuit conte. cum defuncto tunc non daretur cõtra heredem etiã habentẽ facultatem rei restituende nisi pro hereditaria portione. vt hic in fi. glo. per. l. ij. §. fin. j. de preto. stipu. quod dic vt ibi

qꝛ est.§.difficilis.⁊ adde.ṡ.de rei ven.ſi in rem cum.l.ſeq.
2 ☞ Fur manifeſtus dicit̃ ille qui fuit depꝛehẽſus in furto etiã ſi furtiua res non ſit per dominũ ſibi ablata.
3 Si res furtiua ſit per dñm ablata.cõdictio furtiua domino nõ dabitur.
4 Fur quãdo dicatur in furto depꝛebenſus.
1 Sine man. †Iſta cõditio cõpetit ꝯ quẽlibet furum manifeſtuʒ vel nõ manifeſtuʒ niſi poſſeſſio rei ad dñm ſit reuerſa.b.d.
2 †No.ꝙ dicit̃ fur manifeſtus ille qui fuit depꝛebenſus in furto etiam ſi res furtiua nõ ſit per dominuʒ ſibi ablata
quia in depꝛebenſione aut occidit ſeruum furtiuum aut effregit vas ſubtractum:aut effudit oleum vel vinum ⁊ iſtis caſibꝰ
3 datur condictio.† ſed ſi fuit res ablata non dareť vt bic in ver.
ceterum.cum detur ad recuperationem rei ⁊ ipſe eam bʒ arg.
4 in.l.j.§.interdictum.ĩ.vti.poſ.† tunc auteʒ dicitur depꝛebẽſus
in furto quando cum acclamatione viſus fuit cum re furtiua
anteꝗ̃ perueniret ad locum quo deſtinauerat illa die ire cum
illa re ſecus ſi ſine acclamatione viſus fuit vel poſtꝗ̃ ad illum
locum perueniſſet.quod dic vt.ĩ.de fur.l.ſi quis in ſeruitute cũ
l.pꝛeceden.
2 ☞ Dictio tãdiu ꝙ inducat cõditionẽ extinctiuam.
3 Deficiente cauſa actionis dande ad ipſam rem recuperãdam
vt dominium deſinit etiam actio competere quando facto illiꝰ
cui competebat deficit: et quid ſi detur ad penam, ſeu ad intereſſe.
4 Re extante apud furem:poteſt dominus eam alienare ⁊ dñiuʒ
in alium tranſferre.⁊ qualiter poſſit boc eſſe.
5 Condictio furtiua non tranſit in ſingularem ſucceſſoꝛem et
quare.
6 Legatarius rem ſibi legatam furto ſubtractam ꝙ poſſit vendica. ⁊ an ei competat condictio furtiua ⁊ quid de actione furti.⁊ numero.11.
7 Condictio furtiua tranſit in vniuerſalem ſucceſſoꝛem vbi res
non fuit alteri legata.
8 Condictio furtiua poteſt alteri cedi ſi apud cedentem eſt dñiũ
vel etiam non eſt:non tamẽ receſſit facto ſuo.
9 Si duo empbyteote diuidãt et res empbyteotica adiudicetur
illi qui ad diuiſionem pꝛouocauit dʒ ſolui dño laudemium. ſecus ſi pꝛouocato adiudicetur.
10 Pꝛobibitus alienare ſi pꝛouocatus eſt ad iudiciũ non ꝓbibeť
bona fide tranſigere ſup re alienari pꝛobibita ⁊ quomodo capiatur bona fides.
11 Re furto ſubtracta ſi mutetur poſtea dñium an ex noua ꝯtrectatione committatur nouuʒ furtum:⁊ an oꝛiatur noua actio ⁊
que ⁊ nu.12.13.⁊.14.
12 In ſucceſſoꝛem vniuerſalem tranſeunt actiones etiam penales
quando competunt pꝛo damno rei familiaris ſecus ſi ad vindictam.
13 Furatus rem aliquam bic:ſi eam poꝛtet bononie ⁊ ibi eam contrectet ꝙ pꝛopter mutationem iuriſditionis committat nouum furtum et quod ratione delicti ibi commiſſi poſſit ibideʒ
ſuſpendi.
14 Quare nouo domino beredi vel legatario poſſit committi
nouum furtum ex noua contrectatione licet ipſi nunquaʒ poſſederint.
1 Tãdiu. †Hec actio dať dño ⁊ eius ſucceſſoꝛi vniuerſali non ſingulari ⁊ durat quouſqꝫ res alienata ſit ⁊ etiam poſt ſi ſine facto ſuo alienata eſt ex cauſa neceſſaria.b.d.cum.l.ſequẽti ⁊ ſeq.vſqꝫ ad.§.neratius. ⁊ pꝛimo loquiť
quando fuit alienata facto ſuo interueniente vſqꝫ ad.l.⁊ ideo
§.ſed ⁊ ſi dominiuʒ. poſtea quando ſine facto ſuo ⁊ ex cauſa neceſſaria.Item pꝛima pars cõtinet duo.ſ. ꝙ deſinit competere
ipſi dño ⁊ etiam beredi eius poſt aliena.Aliud eſt ꝙ nec tranſit in illum in quẽ facta eſt aliena titulo ſingulari ſed ſi nõ eſſet
facta bene tranſiret in ſucceſſoꝛem vniuerſalem. ſecunda in.l.
2 nec lega.¶†No.de ſignificato illius dictionis tandiu vnde al
legatur ad queſtioneʒ quam dixi in.l.ſuffi.de conditio. indebi.
3 ¶†Item no.ꝙ deficiente cã actionis dande puta dominium
deſinit etiam actio competere quando facto illius cui competebat deficit.quod eſt verum de actione que datur ad ipſaʒ reʒ
recuperandam:ſecus ſi detur ad aliud.puta ad penaʒ vt actio
furti vel ad intereſſe.vt.ṡ.de ſer.coꝛ.l.ſed ⁊ beres.de qua gloſſ.
mag.oppo.ṡ.ad.l.aquil.l.buic ſcripture.⁊.ĩ.de act.⁊ obli.l.que
cunqꝫ.la.ij.circa fi.titu.que facit ad dictam diſtinctionem bar.
4 ¶†Item not.ꝙ de re extante apud furem põt dñs eam alienare ⁊ dñium in alium trãſferre ſed boc qualiter eſſe põt cum
requiratur traditio vt in.l.traditionibꝰ.C.de pac.⁊ bic nõ põt
interuenire.reſpon.pꝛout loquiť de alienatione facta inter viuos pone quod vẽdidit vel donauit ipſi furi quo caſu alia traditio non erat neceſſaria.vt inſti.de re.diui.§.interduʒ.⁊.l. qua
ratione.§.interdum.de acqui.re.domi.ꝓut aũt loquiť de alienatione facta in vltima volũtate per viã legati clare ꝓcedit ſiue ſit legata ipſi furi ſiue alteri qꝛ tunc traditio nõ requiritur.
vt.l.cum pater.§.ſurdo de leg.ij.poſſet etiã ꝓcedere in alienatione facta inter viuos etiam alteri ꝗ̃ furi in caſu q ponit̃ in.l.
5 ⁊ ideo.§.in cõi.ĩ.eo.qd dic vt ibi per glo. ¶†Item no.in.l.nec
legatarius ꝙ in ſingularem ſucceſſoꝛem non tranſit bec actio.
ratio eſt:qꝛ eſt perſonalis ⁊ natura perſonaliũ nõ eſt trãſire in
ſingularem ſucceſſoꝛem ſine ceſſione.vt.ĩ. vſufru.quemad.ca.l.
6 oẽs.§.fi.† realis autem actio bñ tranſit in illum in quẽ tranſit
dñium vt etiam bic babeť dũ dicit ꝙ legatarius põt vendicare.
7 ¶†Item no.ꝙ iſta actio bñ trãſit in ſucceſſoꝛẽ vniuerſaleʒ
qd eſt verum vbi nõ fuit alteri legata aľs nec beredi cõpeteret
qꝛ facto defuncti receſſit ab eo dñiuʒ.vt.§.tãdiu.ver.vñ celſus.
8 †Sed an poſſit bec actio alteri cedi videtur dicendũ ꝙ ſi apud
ſedentem eſt dñium vel etiã nõ eſt nõ tñ receſſit facto ſuo.vt.l.
⁊ ideo.§.in cõi poſſit alteri cedi:qꝛ illa ꝗ ſunt trãſmiſſibilia ad
beredeʒ ſunt etiam ceſſibilia.vt.l.pluribus.cũ ibi no. de admi.
tuto.aľs ſecus cum deſinit ſibi competere non põt eam per ceſ
9 ſionem in alium tranſferre.¶†Vltimo.l. ⁊ ideo.§. in cõi.allegatur ad queſtionem ſi duo empbyteote diuidant ⁊ adiudiceť
vni ſi quidem ille ꝓuocauit ad diuiſionẽ debeat ſolui domino
laudemium ſecus ſi pꝛouocato adiudiceť. de boc vide bic per
Guil.⁊ Bar.⁊ per iſtũ etiam.§.in cõi determinat Bald.C. de fi
10 deicõ.in.l.quoties.† qd pꝛobibitus alienare ſi pꝛouocatus eſt
ad iudicium nõ ꝓbibeť bonafide trãſigere ſup re alienari ꝓbibita quaſi ſit alienatio neceſſaria ⁊ dicitur bona fide qñ deficiẽtibus pꝛobationibus boc facit.vt in.l.tutoꝛ.in pꝛincip.ṡ. de iureiuran.ſecus ſi ipſe ꝓuocauit quaſi tunc ſit alienatio voluntaria.vt.l.alienationes.ṡ.fa.ber.⁊ no.quia pulcbꝛa eſt inductio.
11 ¶†Pꝛo declaratione gloſ.magne permitte ꝙ ſi ex pꝛima contrectatione facta tpe furti facti nata eſt actio furti ſi fur poſtea
millies ꝯtrectaret amplius non naſciť nec nouũ furtũ cõmittitur ſi nulla contingit mutatio dominij ex tpe dñi nec poſſeſſionis ex parte furis nec rei furtiue nec ad dñm fuit poſſeſſio reuerſa ſed ſemper apud furẽ.vt.l.ei qui.ĩ.de fur.Si vero poſſeſſio reuerſa eſſet ad dñm ⁊ iterato ſubꝛipereť cõmitteretur nouum furtum ⁊ noua actio naſcereť.vt in.l.interdũ in pꝛinci. de
furtis.idem ſi ex pꝛima cõtrectatione non fuiſſet nata actio qꝛ
poſſet naſci ex ſequenti.vt in.d.l.ei qui.idem ſi contingat mutatio dñij ex parte domini qꝛ trãſferť in vniuerſalem vel ſingularem ſucceſſoꝛem.nam ex cõtrectatione nouiter facta nouum
furtum fieret etiã noua actio oꝛiť nouo domino.vt.ĩ.de fur.ſit
dominiũ.qꝛ quod facit reuerſio poſſeſſionis ad dominum facit mutatio dominij vt bic dicit idem ſi poſſeſſio fuit mutata
ex perſona furis puta tranſlata in beredẽ eius nã beres nouiter contrectando nouũ furtum cõmitteret ⁊ ex perſona ſua teneretur.vt no.ĩ.eo.ſi pꝛo fure.§.j.in gl.idem ſi contingeret mutatio ex parte rei.ĩ.e.ſi ſeruus.§.bone. His pꝛemiſſis ex gloſſ.
due colliguntur oppoſitiones quarũ vna concernit.§.tandiu.
verſi.vnde inquantũ dicit ꝙ res furtiua fuit legata condictio
furtiua nõ datur beredi ipſius domini qꝛ facto defuncti dominium in legatariũ eſt tranſlatum.Contra boc oppo.circa medium gloſ.in ver.item no.de.l.ſed ⁊ beres.ṡ.de ſeruo coꝛ.gloſſ.
ibi non ſoluit ſed poſtea in ver.ac ſingulari. ibi dum dicit pꝛo
veteri beres ⁊c.ſoluit aut loquimur in condictione furtiua ꝗ
datur pꝛo recuperanda. ⁊ illa non competit beredi poſtꝗ̃ res
fuit legata qꝛ non intereſt ſua recuperare rẽ cũ ad eum nõ pertineat ſed ad legatarium. ⁊ ita loquitur bic.aut loquimur de
ctione furti que datur ad penã vel de actione ſerui coꝛrupti et
ille bene dantur beredi quia ſufficit ſemel interfuiſſe licet ĩtereſſe deſierit.vt.d.l.ſed ⁊ beres.l.inter omnes.de fur.⁊.ṡ.eo.l. in
re furtiua.poſt pꝛincip.⁊ pꝛo boc.ṡ.ad legem aquil.l. buic ſcripture. et iſta eſt vera ſolu. ¶Secundum contrarium concernit.l.ſed nec legatarius.inquãtum dicit legatario non competere cõdictionem cõtra tex.expꝛeſſe.ĩ.de fur.ſi dominium.in fi.
vbi dicit actionem legatario competere gl.ſoluit duobus modis.pꝛimo intelligendo illã.l.ꝙ loquatur de condictione furtiua ſicut iſta ꝙ ex veteri contrectatione non competit legatario vt bic pꝛopter regularẽ naturã actionuʒ perſonalium que
eſt vt in ſingularem ſucceſſoꝛem nõ trãſeant ſed ex noua cõtrectatione facta poſtquã ad ipſum peruenit dominium. ſic vt in
l. contraria.qꝛ nouum furtum cõmittitur pꝛopter mutationeʒ
dominij ⁊ cõmittitur ipſi legatario vt in iſtis text.ſed ex noua
competit legatario.in.d.l.ſi dominium non beredi qui non eſt
dominus.iſta ſolu.repꝛebenditur quia cõtra generalitateʒ buius.l.que legatario cõcedit ſolũ.rei ven.vnde ſoluiť ſecũdo modo ꝙ bic loquatur in ꝯdictione furtiua ꝗ nõ cõpetit legatario
nec ex veteri nec ex noua contrectatione ſed nec etiam beredi

cōpetit postq̄ res est legata alteri nulli ergo competit.l. autē cōtraria loquitur de actione furti: qd̄ patet q: situata est in ti. illo: illa eñ bñ pōt cōpetere legatario saltem ex noua ꝯtratio ne ꝛ ista est vera sol. que aũt sit ratio diuersitatis cum prima fa cie videretur potius dicendū ecōuerso: q: actio furti est pena lis ꝛ magis odiosa. gl. in fi. assignat duas rationes. dicvt in ea. que per oēs doc. tenet. ¶ Sed restat declarare an huic legata rio competat actio furti etiā ex veteri ꝯtratione. in gl. sunt due opi. vna q̄ sic sicut in successore vniuersali. vt in.l. si cū quis in hostiū. ͭ. de fur. ꝛ sic habebit duas actiones furti: vnam ex vete ri: aliā ex noua ꝯtatione. alia fuit opi. Hug. q̄ lꝫ successor vni uersalis possit habere duas. vt in. d.l. si quis. §. i. successor tamē singularis vt legatarius non pōt habere nisi vnā ex noua cō trectatione non ex veteri. primo per text.l. si is qui rem. §. i. ͭ. de fur. secūdo per rōnē q: actio furti ex prima ꝯtrectatione fuit orta ipsi dño ꝛ cum sit psonalis nō trāsit in singularē successo rem. nam si non transit actio personalis cōpetens pro eadem re pro recuperando vt est condictio furtiua. ͭvt in hac.l. multo minus competens ad aliud. s. penā nisi fuisset legata res cum omni actione competenti occasione illius rei sed in vniuersa lem successorem bene transit actio personalis: et ista est vera opi. quidam alij dixerūt ꝛ fuit tertia opi. q̄ ex veteri contrecta tione non pōt cōpetere actio nisi veteri dño nō autē successori etiam vniuersali quā glo. ante fi. recitat in ver. alij dicūt ꝛ dūz glos. dicit dari veteri dño supple non nouo etiā succedenti ti tulo vniuersali quam opi. glo. reprobat p.l. si dñium. sed illa lo quitur competente ex noua ꝯtrectatione vñ melior est reproba

12 tio † q: in vniuersalē successorē actiones trāseunt etiā penales qñ cōpetunt p dāno rei familiaris. secus si ad vindictā vt est actio iniuriarum. vt in.l. i. de priua. delic. nunc retenta secunda opi. q̄ ex noua ꝯtrectatione possit cōpetere noua actio furti tā vniuersali successori q̄ singulari: sed ex veteri dumtaxat vni uersali op. de.l. ei qui de fur. solue vt patet ex his que. s. dixi q̄ illa lex loquitur multis cōcurrentibus sed quādo mutat dñiū

13 non hꝫ locū ꝛ per hoc determinat † Bar. q̄ idem sit si mutetur territorium ꝛ iurisditio. vt.l. si aliquis furatus est aliquam rē hic ꝛ ipsam portet Bononie vel Florentie ꝛ ibi cum contrecta ret propter mutationē iurisditionis cōmittat nouū furtū ibi dem ꝛ sic rōne delicti ibi cōmissi poterit ibi suspendi. lꝫ ibi non sortiatur alia rōne forū: ꝛ ista opi. practicat p totū mundum et assessores ꝛ iudices habent eā pro euāgelio. sed Bal. eam im

14 pugnat. C. de fur.l. si abducta. dic vt ibi per eū ꝛ p Ang. † Ulti mo op. q̄ nouo dño heredi vel legatario non possit committi nouum furtū ex noua ꝯtrectatione cū ipsi nō possideant nec vn q̄ possederint. vt. ͭ. de prescrip. ver.l. si rem. §. fin. ꝛ.l. si homo. de vsuca. solue hoc contingat facto furis non restituentis rem vn de nō debet ipsi furti prodesse in hoc tamen arti. an ei qui non possidet possit furtum cōmitti. vide hic per Bart. ꝛ in dicta.l. si homo.

2 ☞ Contra eum qui rē furto subtraxit seu ad rem furtiuam que remedia ꝛ quibus personis cōpetant.

3 Actor si narrat veritatem videbit intentata illa actio que con grui mere libello nec cogitur nomē actionis exprimere.

4 Emens rem a fure bona fide qualiter possit cōueniri.

5 Si quis a possessione alicuius rei cecidit. ꝛ nō pōt probare do minium nec spoliationē qualiter sibi subueniat ꝛ quid in rebus ecclesiasticis. ꝛ nu. 6.



Tideo eleganter.

1 Neratius. † Ei q nō est dñs sꝫ hꝫ ius in re lꝫ non det ista ꝯdictio dat

2 tamē condictio incerti. h. d. ¶ † In glo. fi. ibi.l. si col. innuit qd̄ det cōdictio ex illa.l. ꝛ. h. d. glo. C. de fur.l. manifeste. §. cū ibi. se cundo vbi est similis gl. Sed Pe. ꝛ Cy. dicunt ex illa.l. cōditio nem nō dari nisi possessori. idem dicunt. C. loca.l. si pro fundo. detentori vero ex cōmodatario datur actio in factū vel officiū iudicis ad recuperationem rei subtracte qm̄ equum est ipsum agere posse. ideo in subsidiū deficientibus alijs actionibꝰ recur ritur ad actionē in factū. vt in.l. quoties. de pscrip. verbis. q̄tū vero ad actionē furti que dat ad penā non est differentia inter istos: q: illa nō solū dat dño sed etiā nō dño cuius interest rem non subtrahi ex iusta ꝛ honesta cā siue ratio iuris q̄ habeatur in re siue rōne possessionis siue rōne detentationis ꝛ custodie. qd̄ dic vt.l. is cuius in prima quarta. cum.l. seq. p tres vel qua tuor col. in quibus iuriscōsultus istam materiam prosequitur ͭ. de fur. ꝛ plene per glos. in.l. manifestissimi. C. eo. titu. q̄ incipit ad hoc. Sꝫ qd ꝑdest ista inuestigatio glo. de diuersitate actio num ad rem recuperandā si verū est qd̄ dixi. s. eo.l. i. q̄ ille qui agit condictione furtiua non hꝫ necesse ꝑbare dominium sed sufficit q̄ alleget se dñm ꝛ probet furtum factum. quilibet eniꝫ etiam nō dñs poterit hoc facere ꝛ intentare condictionem fur tiuam. rñdeo q̄ prodest q: si aduersarius probaret contrariuꝫ succumberet actor qui dixisset se dñm quia videretur intentas se condictionem furtiuam cū sibi non cōpetat non ponat actor

3 se in dubio ne habeat exoluere expensas † sed narret veritatē ꝛ tunc videbitur intentata illa actio que congruit mere in libel lo deducta arg. in.l. gallus. §. i. de lib. ꝛ posth. ꝛ ibi no. per doct. non autem habet necesse exprimere nomen actionis. vt not. in l. edita. C. de eden. loquit aūt hec glo. quādo possessio est apud

4 furem et contra eum agitur. † Quid autem si sit apud euꝫ qui emit a fure bona fide an habeat locum ista glos. dic q̄ sic. gl. est ordinaria in.l. inciuile. C. de fur. Sed Nico. de ma. tenuit ibi cō trarium q̄ propter titulū possit repellere agentem nisi alleget dominium. Bal. autē tenet glo. postq̄ actor vitio furis a posses sione cecidit quia titulus datus a fure non potest plus prodesse emptori q̄ apud dantem sit: sed si res apud furē non posset re pellere agentem ergo vel ille qui habuit causā a fure sit melio

5 ris conditionis q̄ autor eius. vt. ͭ. ad velleia.l. fi. §. i. † Si autē aliquis a possessione cecidisset non ex vitio furis sed ex violen tia expulsionis qualiter sibi subueniatur puta possum proba re q̄ semel per aliquod tps aliquā rem possedi nunc reperitur penes te non possum probare dominiū ꝛ sic esset fatuū inten tare rei vendicationē nec possum probare me spoliatum ꝛ sic non possum intentare interdictum vnde vi qualiter mihi sub ueniatur si pretendo ius habere. Breuiter aut possum proba re titulū ꝛ tunc intentabam publicianā si tu titulū non habe bas tunc distinguitur aut ab eodē a quo habebā aut ab alio. quod dic vt. s. de publi. siue aūt. §. fin. cum.l. seq. Si autem non possum probare titulum tunc si potes probare nō possū age re quia si ego possiderem posses a me per publicianam aduo care: ꝛ qui potest agere fortius excipere. vt in.l. i. §. q̄ ait. de su perfi. Si vero neuter nostrum potest probare tunc aut possum probare q̄ clādestine possessionem adeptus fuisti: puta q: tem pore quo possidebam me absentaui ꝛ possessio remansit vacua vel naturalis incōtinenti vel etiam ciuilis. si per longū tēpus stetit absens. no. C. de seruis fugi.l. i. in fi. magne glo. ꝛ tunc pos sum intentare possessorium.l. cum querebat. C. vnde vi. si autē non possum probare id quod dixi sed solum quod semel pos sedi aliquo tempore et tunc reperitur possessio penes et tunc

6 dicit Innocen. † eleganter in.c. sepe. de restitu. spolia. q̄ pos sum intentare conditionem ex.l. si coloni. de agri. ꝛ censi. quod est valde singulare pro illis qui non possunt aliter de iure suo probare nam cum possessio mea precessit tuam que sequit pre sumitur iniusta nisi ostendat ex qua causa ad te peruenit. arg. in.l. improba. C. de acqui. pos. in rebus autē ecclesiasticis pro uisum est per canonem reintegranda. iij. q. i. super cuius intel lectum Innocē. variauit: vno modo intellexit. in. d.c. sepe. q̄ cō petat cuicunq̄ in dicto casu aliud sentit. in.c. cū ad sedem. eo. tit. quod illud.c. non inducit nouum remedium sed loquit fm̄ ordinaria remedia iuris. Sed do. Cal. tenuit q̄ inducat nouū remedium et in rebus ecclesiasticis tantum non in alijs habe

a mus etiam remedium.c. sepe. eo. titu. quod[a] datur contra illū qui successit scienter in vitium vt quia emit a spoliatore contra quem non daretur interdictum vnde vi. vt.l. cum a te. ͭ. de vi et vi arma. sed datur condictione ex illo.c. non solum in rebus ec

b clesiasticis sed etiam quibuscunq̄.[b] ꝛ adde quod not. Jo. an. in nouella. vel in.c. illud. extra de prescrip. eccle. per Bart. in.l. pe. ͭ. de consti.

a ¶ Qd̄ dat ꝯ illū ꝛ q̄ remediū. d.c. reintegrāda det ꝯ titulo vitioso possidētē. Adde Ang. i ꝯsi. cxiiij. incipien. In xpi noīe dictꝰ libellꝰ ꝛ late ale. d imo. in ꝯsi. cxviij. i se cūdo volu. Cur.

b ¶ Quibuscūq̄. addo alex. d imo. i ꝯsi. xciiij. col. fi. v. ex hoc infert. i fi. in qnto vol. et late p do. Bart. sozi. i.l. rē q̄ no bis. ͭ. de acqren. pos. Cur.



Ex argento.

1 † Res facta ex materia fur tiua cōdicit p hāc actionem ꝛ si peruenit ad estimationē q: res non restituat ha betur ratio melioratiōnis etiā cōtingentis facto fu ris. h. d. ¶ In tex. ibi procula facta supple ꝛ postea contrecta ta. arg. in.l. pxi. §. boue. al's ratione ꝯtrectationis facte de ma teria non videtur dari hec conditio pro poculis que videntur esse res diuerse quia cōsistunt in materia ꝛ forma ab ipsa sim plici materia sed secuta noua contrectatione. ideo nascitur no ua cōditio pro poculis. quia illius sunt pocula cuius erat ma teria cum possint ad simplicem materiam reduci. vt.l. adeo. §. cum quis. ͭ. de acquirendo rerum dominio. ¶ In text. ibi in condictione poculorum supple peremptorum ante moram purgatam. Et sic deuenitur ad estimationem vnde fit quan ti plurimi fuit. vt. s. eodem in re furtiua. §. i. etiā si expensa vel labores furis plurimi fiunt. vt est casus hic ꝛ not. et glos. ponit rationem.

2 ☞ Habens ius de presenti: lꝫ speret tolli in cōditionis euen tum ad cōmodum tertij pōt nihilominus illud in iudiciū de ducere ꝛ quādo istud procedat.

3 Jus actoris si lite pendente deficiat reus absolutur. et an ab obseruatione iudicij an vero diffinitiue. ꝛ nu. 9.

Jus superueniens

4 Jus superueniens actori lite pendente non inducit condem- nationem nisi superueniat ex causa de preterito. sed superue- niens reo etiam ex causa de presenti bene inducit absolutio- nem. ꝛ nu. 3.

5 Quando ius actoris desinit lite pendente dolo rei condẽnatur reus ac si nõ desijsset ꝛ quid si desinit pro parte.

6 Quando pendente dubio an ius agentis debeat extingui vel non peruenit ad sententiam pro eo non debet reus condẽnari in integra estimatione rei si res non traditur sed in estimatio- ne dubie litis.

7 Res ꝙ dicatur tantũ valere quantum vendi potest qualiter intelligatur remis.

8 Re in diem vel sub conditione legata ante euentũ diei nõ trã- sit dominium in legatarium.

9 Si ante euentum diei fuit furto subtracta interim nõ cõpetit legatario cõdictio furti sed heredi: que extinguit̃ ꝯditione exi- stente nec transit in legatariũ. ꝛ nu. 1.

10 Factum defuncti reputatur factum heredis.

11 Venditor si dixit ꝙ nolebat teneri nisi pro dato et facto suo tantum. nihilominus tenetur de dato ꝛ facto defuncti cui ipse successit.

12 Actio furti postꝙ̃ semel incepit mihi ꝯpetere q2 mea intererat non desinit cõpetere l3 desinat mea interesse siue facto meo siue alterius ꝛ quid in condictione furtiua.

1 Si seruus. † Si res legata sub cõditione ea pendente subtrahat̃ põt he- res eam condicere ꝛ si lite pendente cõditio existat cõuentus absoluit̃ q2 ius agentis extinguit̃ nisi do- lo conuenti hoc contingat. si vero conditione pendente perue niatur ad condemnationẽ debet fieri condemnatio in estima tione litis que reputatur tantum valere quantum posset ven- di inspecto dubio euentu. et licet conditio postea eueniat non tenetur illud postea restituere legatario nec interim restituen do cauere. h. d. ꝛ est valde subtilis tota ista lex. diuide in qua- tuor. secunda ibi et lite. tertia ibi: quod si pendente quarta ibi cauere autem. Et loquitur ista lex quando primo fuit legata et postea subtracta. sed. l. siue manifestus. §. tandiu. cum. l. se- quen. loquitur econuerso quando primo fuit subtracta ꝛ post

2 ea per dominum alteri legata. No. ex primo dicto ꝙ † ille qui habet ius de presenti l3 speretur tolli in cõditionis euentũ ad cõmodum tertij potest nihilominus illud in iudicium deduce re concordat. l. non ideo minus de reiuendi. cũ concor. Sed cõ- tra de. l. pecuniam. si cer. pe. So. aut illi tertio ad cuius commo dum speratur tolli ipso sublato subuenitur cõtra illũ qui de presenti ius habet ꝛ vult nunc agere ꝛ tunc loquit̃ quod dixi. nam herede rem recuperante legatarius ab eodẽ petere pote- rit existente conditione legati aut illi ꝯtra agentẽ subueniret̃ ꝛ tunc interim agere non potest in preiudiciũ illius. ita loquit̃. l.

3 pecuniam. ℂ† Ex secunda parte no. ꝙ lite pendente si deficiat ius actoris reus absoluitur ex quo sequit̃ ꝙ ius superueniẽs reo lite pendente inducit absolutionem quod verum est etiam

4 si superueniat ex causa de presenti † non sic in iure superueniẽ te actoris lite pen. vt inducat condemnationem nisi superue- niat ex causa de preterito cum habente ante lit. contest. vt. l. si rem. §. fi. de pigno. iuncta. l. non potest videri ꝛ. l. queadmodũ.

5 s. de iudi. de quo articulo vide per Bar. in. l. j. de excep. † Ite3 no. ibi ꝛ hoc si res. ꝙ quando ius actoris desinit li. pen. dolo rei non absoluitur reus sed condẽnatur ac si non desijsset. concor. s. de rei ven. si post acceptam. vt ibi not. Quid autem si desinit

6 pro parte. vide text. ꝛ etiam Bartol. in. l. si constante. in fi. solu. ma. † Ex tertia parte not. ꝙ quando pendente dubio. an ius agentis debeat extingui vel non peruenitur ad sentẽtiã pro eo non d3 cõdẽnari reus in integra estimatione rei si res non tra-

7 ditur sed in estimatione dubie litis. † Itẽ ꝙ res tm̃ dicit̃ vale- re tm̃ quod potest vendi qõ qualiter intelligat̃ vide hic per Bar.

8 ℂ† In glos. j. ibi conditione pendente supple vel die certa nã tunc ante euentum diei non transit dominium in legatarium. vt. l. sempronius attalus. de vsufru. leg. interim ergo est apud heredem ꝛ adueniente postea conditione vel die si legatarius acceptat nõ fingitur retro dñium fuisse suum q2 in vltimis vo luntatibus conditio non trahit̃ retro. vt. l. j. §. j. ꝛ ibi no. ad fal-

9 leia. ℂ† In glo. seq. ibi. l. sed ꝛ legatarius. illa lex loquit̃ in ca- su econuerso. vt. s. dixi quãdo res primo fuit subtracta ꝛ postea legata sed si primo legata ꝛ post mortem subtracta pendente conditione legati si adueniente cõditione fingeretur retro fuis- se legatarij illud furtum censeret̃ cõmissum illi legatario vnde sibi competet cõdictio furti sed q2 non fingitur retro illud fur- tum fuit commissum heredi q2 tunc erat dñs ꝛ condictio furti orta ex illa ꝯtrectatione extinguit̃ extincto dominio nec trãsit in legatarium nec etiã ex noua ꝯtrectatione orit̃ noua cõditio legatario qui non erat dominus tẽpore furti facti. vt. d. l. s3 nec cum ibi no. in fi. glo. magne. ꝛ sic ista glos. bene loquitur ita de- clarata. ℂ In glos. ij. in princi. ibi procedi non debet. innuit er- go ista glo. ꝙ quando ius agentis extinguitur lit. pen. re9 ab- soluitur ab obseruatione iudicij sicut quando lit. pen. reus sol- uitur. vt insti. de perpe. ꝛ tempo. actio. §. fi. quod vident̃ tenere doc. nam vtroꝗ casu non debet ad vlteriora procedi posset di- ci ꝙ si lis non erat contesta. vel erat non tamẽ erãt seruati om- nes termini ita ꝙ possit ad diffinitiuam perueniri tũc ꝓcedat quod dixi: si autem possit ad diffinitiuam perueniri solutione vel estimatione nõ facta sc3 condẽnatoria similiter ipsis factis poterit perueniri ad diffinitiuam absolutoriam: et isto modo potest saluari opin. quorumdam admirantiũ quare non ab- soluitur diffinitiue postꝙ̃ soluit si soluisset ante litem inchoa- tam ꝛ postea fuisset opposita exceptio ꝛ hoc satis placet. ℂ In

10 glos. ibi heres voluisse. † Not. istam glo. que semper allegat ꝙ factum defuncti reputatur factum heredis vnde allegatur ꝙ

11 si venditor. † dixit ꝙ nolebat teneri nisi de dato ꝛ facto suo tm̃ nihilominus tenetur de dato ꝛ facto. defuncti cui ipse successit quia reputatur factum suum. ꝛ no. per Bar. in. l. dãni. §. sabini de dam. infec. in. ij. col. Adde glos. sequẽ. in fi. que videtur hoc

12 clarius velle. ℂ† In glo. sequen. que incipit non ergo ibi tu ve ro dic. iunge ambas istas solutiones ꝛ dic ꝙ aut loquimur in actione furti et illa postquã semel incepit competere. quia mea intererat non desinit competere. l3 desinat mea interesse siue fa cto meo siue facto alterius. vt. l. inter omnes. j. de fur. aut loqui mur de condictione furtiua an desinit interesse facto meo ꝛ de- sinit mihi competere in. l. siue manifestus. §. tandiu. aut non fa cto meo sed facto alterius ꝛ tunc secus. vt in. l. ꝛ ideo. §. in cõmu ni. vbi no. in ver. in glos. que incipit communem puta seruum tecum habeo in fi. s. eo. in glos. in ver. inuenerit. ibi ad legem aquil. l. si debitum. dicas ꝙ casus sunt diuersi nam hic loquit̃ quando actor habeat ius de presenti l3 speretur tolli in condi- tionis euentum. ideo fit condẽnatio de presenti ꝛ executio ad estimationem litis in. l. cõtraria actor non habebat ius de pre senti sed sperabat habere in futurum. ideo seruato quod ibi di citur ꝛ hoc declaratur per Bar. in. l. locum. §. condẽnatio. de ta bulis exhiben.

2 ℂ Sicut variato dominio ex parte eius cui fuit commissũ furtum secuta noua contrectatione cõmittit̃ nouũ furtum ita si contingat variatio circa rem furtiuã quia dissoluat̃ totum ꝛ remaneant partes diuerse a toto ꝛ cõtrectentur cõmittit̃ fur- tum in partibus.

3 Si ago ad interesse contra te ex eo quod destruxisti mihi do- mũ. ꝛ probo ꝙ domus valebat centum: non erit fundata inten tio mea vt debeas in centum condemnari: ꝛ quid aliud proba re debeam.

4 Debitor soluendo partem in quotam liberatur ipso iure ab il la si vero non quotam tunc non ipso iure sed ope exceptionis liberatur.

5 Pars rei quando peti possit.

6 Exceptiones cõpetentes occasione rei transeunt in singulare3 successorem habentem cãm ab illo cui cõpetũt secus in actioni bus personalibus.

7 Sententia condẽnatoria non d3 prodesse condẽnato sed noce- re. ꝛ quãdo condẽnatus habeat exceptionem rei iudicate.

8 Actor si recepit partem. ꝛ petat totũ debet cõuentus reliquam partem confessatam offerre qua3 actor recusat recipere si vult absolui ab obseruatione iudicij. sed ad moram euitandam ꝙ tunc nõ sit necessaria oblatio.

9 Si peto plusquã mihi debeatur puta decem cum debeantur quinꝗ ꝛ probo de quinꝗ debet reus in illis condẽnari. ꝛ a re- siduo absolui.

10 Actor potest super parte quam probare non potest iuramen- tum deferre.

1 Boue surrepto. † A fure possum condicere rem meam ꝛ etia3 qõ ex illa superest si noua ꝯtrectatio supuenit ꝛ q cõsecutus est totũ non põt petere partem. qui võ consecutus est partẽ põt petere resi duum ꝛ etiam subtilis est iste. §. h. d. iste. §. cum glo. suis. venio

2 ad casum. ℂ† In tex. ibi ꝛ bouis. s. ex pma ꝯtrectatione ex qua nata fuit cõdictio ad bouẽ nec fuit extincta p mortẽ bouis nõ purgata mora furis. vt. s. eo. in re furtiua. ꝛ. l. iij. nec condictio extenditur ad coriũ ꝛ carnes q2 sunt res diuerse sed illa potest condici ex noua ꝯtrectatione ex qua nouũ furtũ cõmittitur ꝛ hoc est qõ sequitur si ꝛ coriũ ꝛ caro ꝛc. ꝛ sic not. ꝙ sicut variato dño ex parte eius cui cõmissũ est furtũ secuta noua ꝯtrectatio ne cõmittitur nouum furtũ. vt in. l. si dominiũ. j. de furtis. ita si contingat variatio circa rem furtiua3 quia dissoluatur totum ꝛ remaneant partes que sunt res diuerse a toto si partes con-

trectentꝛ cōmittitur nouum furtū in partibꝰ qđ prius commis-
5 sum non fuerat. sꝫ dumtaxat in toto. ¶ † Circa fi. detracto p̄tio
corij. Not. istum tex. qꝛ facit ad id qđ no. Bar. j. arbo. fur. cesa. l.
faciendi. ⁊ de dam. infec. l. cum emptor. §. fi. ꝙ si destruxisti mi-
hi domuꝫ ego ago ad interesse ⁊ probo ꝙ domus valebat cen-
tum an sit fundata intentio mea vt debeas in centum cōdēna-
ri ⁊ dicit ꝙ non qꝛ de isto pretio dꝫ detrahi pretium aree et ce-
mentorum que penes me remanserūt. debeo ergo ꝓbare q̄tuꝫ
illa valent: al's ꝓbatio per me facta est incerta ⁊ nō pōt sequi
condēnatio per illos text. ⁊ dicit se vidisse peritissimos docto.
errare in hoc. ⁊ pro isto dicto facit iste text. qꝛ de pretio totius
bouis debet detrahi pretium carnis ⁊ corij qđ actor fuit conse-
cutus. ¶ In tex. ibi doli mali innuit ergo ꝙ fur non fuit libe-
ratus ipso iure de pretio partis sed ope exceptionis. Sed con-
4 tra ꝙ imo ipso iure. vt in. l. si stipulatus. j. de solu. Solu. † aut
debitor totius soluit partem quotam ⁊ ipso iure liberatur ab
illa ⁊ remanet obligatus dumtaxat in alia quota. vt in. l. con-
traria. aut non soluit quotā vt qꝛ non soluit tertiam vel dimi-
diam estimationis bouis sꝫ soluit estimationem carnis ⁊ corij
que non faciunt quotā ⁊ tunc non liberatur mero iure ab obli
gatione totius vel alicuius partis eius sed ope exceptionis li-
5 beratur a parte vt hic. ¶ † In glos. magna ibi. vel dic hec ve-
ra ⁊ sic ad. §. duobus allegatum pro contrario. respōde ꝙ quo
usq̄ partes sunt coniūncte cum toto non possunt peti singule
partes. ⁊ ita loquitur ille. §. pars tamen quota totius bene pos
set peti. puta dimidia vel tertia per. l. si stipulatus. j. de sol. post
quā vero sunt separate a toto quia totum est dissolutum bene

a ¶ Et sic no. ad h̄ dicta Pau. d̄ ca. addō alex. d̄ imol. in. l. qdā estimauerūt colū. j. s̄. si cer. peta. Cur.

possunt peti singule vt hic. ⁊ ad. l. aut ei qui. j. de fur. responde
ꝙ ibi loquitur quando nulla ꝯtingit mutatio dominij ex par
te agentis nec possessionis ex parte conuenti nec rei furtiue
quo casu ex noua contrectatione non committitur nouuꝫ fur
tum nec nascitur noua conditio furtiua. hic vero contingit ex
parte rei furtiue quia de toto peruentum est ad partem disso-
luto toto. ideo committitur nouum furtum in partibus ex no
ua contrectatione non ex veteri. ¶ In glos. ibi sed tamen hec
glos. voluit oppo. nam si ita est ꝙ totum et partes eius ita dis-
solute censentur diuerse sequitur ꝙ licet dominus fuerit conse
cutus estimationem totius non prohibetur agere ad partes
per. l. cum queritur de exceptio. rei iudi. cuius contrarium hic
dicitur. Sed responde ꝙ contrarium loquitur quando essent
res oīno diuerse quia vna in altera nunq̄ fuit cōprehensa. licꝫ
vero sint diuerse quantū ad hoc qꝛ totum consideratur vt con
positum ex anima ⁊ corpore partes vero considerantur vt sim-
plices sine anima. tamen alio respectu non dicuntur partes
res diuerse omnino a toto quia semel in eo fuerunt compre-
hense vnde si recepit estimationem totius receperat necessa-
rio etiam estimationē illarum partium tanquā coniūctarum
cum toto. non ergo dꝫ amplius agere ad eas tanq̄ separatas
ne bis idem consequatur. vt in. l. bona fides. de reguris iuris.
6 ¶ † In gloss. ibi idem dici potest in extraneo supple habente
causam a fure qui fur soluit estimationem totius vt sicut ipse
fur habet exceptionem rei iudicate si conueniatur ad partes
ita ⁊ extraneus qui partes illas emit a fure si conueniatur ad
eas hꝫ eandem exceptionem qm̄ exceptiones cōpetentes occa-
sione rei transeunt in singularem successorem habentem cām
ab illo cui competunt. vt. l. etiā in reꝫ. s̄. de iureiu. lꝫ secus sit in
actionibus personalibus. quod dicvt plenissime no. per Dy. ⁊
Bart. in. l. si tertius. §. si quis. de aqua plu. arcen. Si vero non
haberet cām ab eo cui competit exceptio tunc in ipm nō transi
7 ret exceptio. vt in. l. illicite. de rebus eorꝫ. ¶ † In glo. ibi nec
ob. l. euidenter. scilꝫ que dicit ꝙ sentētia condēnatoria non dꝫ
perdit:si ergo retinet civilem se absentans:ergo tanquam se absentaret eam habebat aliter nõ diceret retinere:sed de novo acquireret.de naturali autem constat quod eã habebat sm omnes antequam se absentaret ergo habebat utrãque et ista est vera opin.Quidam alij dixerũt quousque est in fundo habet naturalem et nõ civilem. postquam vero se absentat habet civilem et non naturalem sed primũ dictũ est contra illam.l.licet sm dictũ sit verũ in se.alij dixerunt quod in illa parte fundi quã occupat insistẽdo habet naturalem et non civilem:sed in alijs partibus quas nõ occupat habet civilem et nõ naturalem que opi.est falsa.imo habet naturalẽ in toto fundo licet in corpore suo nõ occupet nisi portiũculã.ut.l.iij. in prin.de acqui.pos.nisi alius etiã ipso ibi existente ingrederetur in alia parte.ut.l.quod meo.§.fi.eo.titu.Retinendo autem opi. Azo.quod non sit nisi una possessio scilicet naturalis questio non procedit quia illam retinet sive sit in fundo sive extra fundũ scilicet naturaliter primo casu civiliter cõtra quã opi.glo.arguit: quia si hoc esset sequeretur quod plures possent habere eandẽ naturalem.nam se absentando eã retinet sm Azo.et.l.cavetur si ali9 ingrediat possessionẽ acquirit.ut.d.§.qui ad nũdinas.si nõ est nisi una possessio acquirit illã civilem quã absens retinet quod est impossibile:ut hic:sed Azo respondet quod diversis respectib9 nõ est impossibile:quoniam absens retinet eã civiliter ingressus vero naturaliter que responsio nõ est bona:quia etiã diversis respectibus eadẽ substantia sm naturã non potest esse penes diversas personas ista aũt accidentia nõ diversificant substantiã nititur etiã glo.respõdere ad.l.licet.in qua Jo.se fundat dũ ibi dicitur quod possessionẽ retinet et Jo.dicit civilem.ergo civilẽ prius habebat.Azo vero quã retinet scilicet naturalẽ quã solã habebat civiliter.tamẽ cũ prius retineret naturaliter:licet illa naturalis alio respectu possit dici civilis appellatione iuris civilis hec est intentio glos.per que remanet clara:et sic videt hic adherere opin. Azo.etiã in.d.l.licet.sed in.ff.novo adheret opi.Jo.que est vera
11 et dirimit infinitas cõtrarietates.† Ultimo op.in gl.que incipit sic contra ver.verũ.de.l.usus pars.ff.de usu et ha.Sol.servitus usus est indivisibilis respectu ipsius iuris et etiã act9 utẽdi inspecta persona utẽtis ita intelligit illa.l.sed inspecta re in qua utitur potest esse divisibilis:quia nõ utitur re in totũ et ita intelli-
12 gitur hic.† Sed quero extra glo.et doc.quid si fuit cõmodatus fundus amplus duobus vel habitatio ample dom9 quod potest fieri.ut.ff.eo.l.j.§.j.et sic usus unius nõ impeditur per usum alterius.et per cõsequẽs ad quẽlibet eorũ videt pervenisse usus insolidũ in obligatione primitiva quam contrahitur ad resti.rei contrahet cõtra quẽlibet insolidũ videt quod sic arg.hic a cõtrario sensu breviter si quilibet eorũ haberet facultatẽ rei restituẽde insolidũ posset hoc dici.ut.ff.eo.l.iij.§.heres.als cõtra quẽlibet pro
13 parte quia sic cõmuniter doc.vident dicere.† quod obligatio rem restitui est dividua quo ad obligationẽ:licet individua quo ad solutionẽ nisi sit actũ cõtrariũ obligatio rem tradi est individua etiã quo ad obligationem nec dividitur inter heredes nec inter plures principales.ut.l.stipulationes nõ dividũtur de ver.ob. que sit ratio diversitatis:dic ut ibi per Barto.et etiã hic tangit. ¶ In tex.ibi sed verus.Querit pro declaratione gl.super verbo habebuntur de ipsius intellectu gl.intelligit ut hic solvatur questio supra formata quod obligatio etiã primitiva cõtrahit contra quẽlibet insolidũ et recitat duas op.una est quod contrahat cõtra quẽlibet insolidum etiã si nõ fuit hic expresse actum usque ibi nec dicatur ibi latenter videt recedere ab ista opi.quod nõ contrahat contra quẽlibet insolidum nisi fuerit expresse actum:et ita intelligit istũ tex.quod actũ fuerit tenẽdo primã opi.Gl.op.de.l.si duo. in fi.ff.depo.Solutio cõtrahitur cõtra quẽlibet insolidũ et quilibet insolidũ potest cõveniri ut hic:sed quilibet cõdemnatur pro parte ut ibi.hoc non habet in se rationem:quia si quilibet tenetur et convenitur insolidũ deberet posse insolidũ condemnari gl.ibi nititur hoc colorare:sed male. Potest adhuc retinere hãc opi. de.l.rem mihi.§.in exercitu.in eo.ubi quilibet tenetur pro parte.Solue.ibi ita fuit actum ut ibi glos.et quando quantum ad hoc. Tertio op.quod saltem hodie quilibet tenetur pro parte ut in aut.de duobus reis.in prin.glo.fatetur et sic hodie iste tex.esset correctus sed male loquitur quia per illã aut.nihil inducit de novo quãtũ ad modũ obligandi plures reos sed quãtum ad modum exigendi.quia hodie licet quilibet teneatur insolidũ habent beneficium divisionis si sint presentes et solvendo unde non corrigetur sed esset dicendum quod haberet beneficiũ divisionis breviter ista opi.non est vera quia obligatio rem restitui est dividua inter heredes.ut.ff.l.iij.§.heres.ita debet esse dividua iter plures cõmodatarios nisi contrarium fuerit actum unde cum hic dicatur quod quilibet teneatur insolidum dicamus sm glos.quod fuit actum maxime hodie per dictam aut.nec dicat quis quod ibi loquitur quã est in obligatione aliquid dividuum sed rem restitui est individuũ quia dicit glo.quod nõ est individuũ nisi agatur quod

sit vel nisi quādo vnus solus est obligatus. Tu dic ꝙ semper est
diuiduum. ⁊ sic ista obligatio est diuidua quātū ad ipsam obli-
gationē. ⁊ eius substantiā sed quātum ad solutionē non qr siue
sit vnus obligatus siue plures per restitutionē partis nō con-
tingit liberatio pro parte nec est hoc nouū. nam ⁊ alibi videm⁹
idem in oblig. generis vel alternatiua. vt. l. in executione. §. pro
parte de ver. ob. ad istū autem tex. nō expedit subaudire ꝙ fue-
rit actum quia esset diuinatio sed dicēdū est ꝙ loquitur de alia
obligatione scʒ secundaria ⁊ sic mutat casum ⁊ illa cōtrahitur
14 insolidū: † qr vbi insolidū dolus vel culpa cōmittitur ⁊ sic ha-
bent sed tanꝙ duo rei debendi ⁊ sic sequitur ꝙ vno soluēte alter
15 liberatur ⁊ hoc respectu cōmodātis. † ⁊ habēt se vt duo rei cre
dendi respectu tertij qui rem surriperet. nā quilibet eorū posset
agere cōtra illū cōdictione furtiua ⁊ actione furti insolidū quia
cuiuslibet interest cū insolidū teneātur ⁊ vno agente ⁊ preoccu-
pante alterius actio tollitur sicut in duo. reis credendi arg. l. ij.
in fi. ff. de duo. reis. quod dicit de cōdictione furtiua intellige sa-
ne non vt illa proprie cōpetat cōmodatarijs qui non habēt ius
in re sed illa actio que loco illius datur iuxta ea que habētur in
l. ⁊ ideo. §. neratius. de cōdi. fur. ⁊ in. l. non tantū. per gl. s. de pe.
16 here. posset autē † hic queri vtrū habeāt inter se beneficiuʒ di-
uisionis. nā hic nihil dicitur de hoc dic ꝙ sic sicut plures tuto-
res quib⁹ isti cōparātur: vt. l. j. §. si apud duos. ff. depo. iuncta. l. j.
§. nunc tractem⁹. de tu. ⁊ ra. di. Bar. in. l. iij. §. fin. de duo. reis. in
ij. q. licet quidā dixerūt cōtrariū. beneficiū autē cessionis vel vti
lis actionis si cōueniunt ex cōmuni dolo nō habent. vt. d. l. nūc
tractemus sed si ex cōmuni culpa sicut ibidē. ⁊ ita sentit Bar. in
l. reos. in. iiij. q. ff. de duo. reis. quādo aūt vnus cōuenit ex facto
alterius dic vt. ff. l. proxi. §. sed si legis. hic enim loquitur quādo
ex cōmuni dolo vel cōmuni culpa ne plus alter ipsorū lucri ha
17 beat ꝙ alter sed in. l. seq. secus. ¶ † In. l. vnde queritur no. dili-
genter ꝙ quādo duo sunt mihi obligati ad idē si alter ipsorum
sentit totā vtilitatē alter nihil ⁊ ego cōuenio illum qui vtilitatē
nō sensit potest excipere ꝙ prius cōueniatur ⁊ excutiatur ille qui
vtilitatē [a] sensit suo periculo hoc est dicere ꝙ si ille reperiat nō
soluendo redeatur ad eum super principali ⁊ expēsis factis ⁊ vi-
detur ꝙ etiā teneatur subministrare expēsas litis: vt. s. eo. si vt
certo. §. nunc videndū. in fi cum iste casus mihi accideret de fa-
cto Bononie feci deponi expensas vt excluderem agentē ⁊ par
tem meā offerre vt alter excuteretur suo periculo: ⁊ procurator
qui erat satis practicus ⁊ intelligēs istud non intelligebat ⁊ fi-
naliter obtinui licet cū magno labore posset dari ad intelligen-
dum ⁊ facit ad predicta. l. actione. §. si communis. ff. pro socio. et
loca. cuʒ in plures. §. ij. ⁊ de pec. inde. que. §. potest. ver. certe per
18 que etiā iura dicit Guil. de cu. in. l. j. C. vt nemo inui. † ꝙ si debi-
tor vni ex fideiussoribus tradidit pecuniam vt solueret credito
ri ⁊ ille non soluit si creditor conueniat ad alium fideiussorem ⁊
ille hoc allegat ⁊ offerat se paratum ostendere debet prius ille
cōueniri interim ipse debet absolui ab abseruatione iudicij: id
est non cogitur litigare. ita intellige hic. pro hoc etiā dicit Bar.
no. in. l. iij. §. si. de duo. reis. in. vj. q. ꝙ licet non habeam⁹ expres-
19 sum maxime iure aut. † ꝙ duo rei debendi habeant inter se be-
neficium ordinis: id est vt alter prius insolidum conueniatur et
excutiatur imo potest incipere creditor a quo. vt. l. j. C. de duo.
reis. si tamen sunt soluendi bene habent beneficium diuisionis
vt neuter cōueniat nisi pro parte ⁊ hoc est introductum de iure
aut. per aut. de duobus reis. si tamen tota vtilitas contractus
peruenit ad alterum ipsorum ⁊ conueniatur alter poterit pete-
re vt prius conueniatur ille qui sensit vtilitateʒ periculo ipsius
per istum tex. ⁊ iste erat casus quem habui bononie. ⁊ aduerten-
dum ꝙ si sunt ambo soluēdo pro vna dimidia de qua venit al-
ter cōueniendus est beneficio diuisionis nō expedit quod dicat
ꝙ conueniatur suo periculo ⁊ suis impensis vt patet ex not. per
Bar. in. d. l. ij. in. vj. q. sed pro illa dimidia pro qua iste veniebat
conueniendus si ad se peruenisset vtilitas ⁊ nunc cōuenitur: qr
non peruenit: sed conuenitur socius expedit dicere ꝙ conuenia
tur suo periculo ⁊ suis impensis. ⁊ ita intellige istū passum pro-
cedunt etiam predicta quando non fuit actum inter creditores
⁊ eos ꝙ tota vtilitas peruenisset ad vnam: sed fuit actum soluʒ
inter se. si autem cum creditore fuisset actuʒ tunc ille haberetur
pro principali ⁊ alter licet se principaliter obligasset haberetur
pro fideiussore per id quod not. glo. in aut. de fideiuss. circa prin-
cipium ⁊ sic principalis est conueniendus prius ⁊ excutiendus
anteꝙ perueniatur ad fideiussorem vt in illa auten. et ita in isto
casu: ⁊ sic non expedit dicere quod excutiatur suo sumptu ⁊ pe-
riculo. imo sumptu et periculo creditoris ⁊ si ante executionem
agit male agit: quia non est aperta via agendi: sed in casu hu-
ius. l. bene agit: quia est aperta via. si tamen offerat ꝙ suo peri-
culo ⁊ sumptu repellitur ab agendo: ⁊ in hoc stat diuersitas ab
agendo inter istos casus et in hoc etiaʒ habui laborare dare ad

a ¶ Vtilitatē. ad- de Lud. ro. cōsil. cxiiij. ⁊ adde tex. ⁊ ibi Bar. in. l. cū in plures. §. ve- stiméta. ff. loca. et no. ꝙ si substituo aliquē meo peri culo ⁊ ipe suo de fectu in aliquo deficiat non te- neor. l. ad simili- tudinē ⁊ ibi bal. C. de epi. ⁊ cleri.

b ¶ Iterū accusa ri. Adde Ange. consi. clxxxvj.

intelligendum illi procuratori ⁊ patēt predicta ex subtiliter no.
per Bartol. in loco preallegato habentur etiā hic litere duple.
quidā habēt conuenire: quidā cōueniri tene secundā ⁊ sic labor
cōueniendi pertinebit ad cōmodantē: sed ſm primā pertinet ad
20 ipsum cōmodatariū qui cōuenitur in ver. sed si legis. ¶ † Not.
hic ꝙ si vnus ex commodatarijs deteriorauit rem suo dolo vel
culpa ꝙ nihilominus alter qui non deteriorauit potest conue-
niri ad emendationē dāni: sed cōtra ꝙ imo ille sol⁹. vt. ff. deposi.
l. j. §. si apud duos. in fi. vt in. l. si depositi. in fi. cum. l. seq. ⁊ ar. ff.
[...] eos. Solu. verum esset si iste qui conuenitur in nulla peni
tus culpa fuisset: sʒ hic debet intelligi ꝙ fuit in aliqua culpa: qr
potuit resistere ⁊ non fecit maior tamen culpa fuit illa quando
deteriorauit rem. ideo illa preponderat. ar. l. item si obstetrix. in
fine. ad. l. aquil. ⁊ hoc est ꝙ voluit glos. que incipit imo videtur
ꝙ ex eo ꝙ dixi illam preponderare dico ꝙ iste qui conuenitur
habet beneficium ordinis si ille qui deteriorauit est presens et
soluendo vt ille prius debebat conueniri sicut dicitur in princi.
21 huius questionis. † ⁊ sicut videmus in duobus tutoribus quo-
rum vn⁹ gessit ⁊ male: ⁊ alter neglexit nam potest hic secundus
conueniri ratione culpe: tamen habet beneficiuʒ ordinis vt pri
mo cōueniatur qui gessit. vt. C. de diui. tu. l. fin. hic vero intelligi
debet quando ille erat absens vel erat soluendo vel non fuit ap-
22 posita ista exceptio ordinis ⁊ fuit coact⁹ ille soluere. † Et not. ex
ratione predicta: quia culpa illius preponderat debet huic sol-
uenti cedi actio. l. aqui. quia conuenitur ex facto illius ⁊ ista est
questio que hic formatur ⁊ non soluitur gl. tamen soluit: vt dixi
⁊ satis colligitur ex mente litere: dic tamen ꝙ debet cedi eate-
nus quatenus commodator ab ipso conuento consequitur et
non vltra. ⁊ ideo si per actionem commodati consequatur inter
esse non est cedenda actio. l. aqui. quatenus in ea plus est ex pe-
titione. xxx. dierum vel ratione negationis ad duplum: puto
etiam ꝙ licet non cedatur actio tamen habeat vtilem sine ces-
sione sicut in tutoribus quando vnus conuenitur ex facto alte-
rius vel ex communi culpa. vt. l. j. §. nunc tractemus. de tu. ⁊ ra.
dis. ⁊ qua actione dicitur vt ibi no. Bar. in. l. reos. ff. de duobus
23 reis. ¶ † Vltimo nota. ꝙ si habeo contra te duas actiones ad
idem orientes ex diuersis causis si ago vna ⁊ exigo debeo alte-
ram remittere saltem quatenus concurrat cum illa: sed quate-
nus excedit non hoc est verum quando habent ambo princi-
pium in persona mea sed si vna in persona mea: altera in perso-
nam alterius cui postea successit secus quia altera per alteram
non tollitur imo ex qualibet earum potest agi ⁊ exigi sicut qui-
libet nostrum potuisset agere ⁊ exigere. ff. de actio. emptio. l. non
24 est nouum. ¶ † In glo. fin. ibi ſm Ioan. ista communiter tene-
tur nam in primo casu quando agitur ad penam negationis
agitur ex causa diuersa ex qua prius fuit actum nam fuit actuʒ
ratione damni dati ad interesse nunc agitur ratione negatio-
nis ad penam et penalis non tollitur per persecutoriam: vt. l. si
pro fure. §. j. de condi. fur. sed in secundo cuʒ agitur ad id quod
plus valuit. xxx. diebus retro dicitur agi ⁊ ex eadem vnde non
potest per rationeʒ que ponitur in. l. contraria. quia illud plus
accedit simplo ⁊ sublato simplo per solutioneʒ: quia illud plus
stare non potest quasi veniat officio iudicis mercenario: vt
C. deposi. l. iij. de eo quod certo loco. l. centum capue. in fin. ⁊ hoc
25 inducitur ad questionem † si aliquis fuit condemnatus de vul
nere non facta mentione de cicatrice remanente et per statu-
tum imponitur maior pena quando remanet cicatrix vtrum
b possit iterum accusari [b] vel inquiri vt condemnetur in duplo
pluri ratione qualitatis omisse in prima accusatione vel inqui
sitione ⁊ ille tex. videtur determinare ꝙ non de qua ratione vi-
de per Barto. in. l. senatus. ff. de accu. contra istam tamen solu-
26 tionem ⁊ contra illum tex. opp. de. l. j. ff. vi bo. rapt. † Solue ſm
Dy. ⁊ not. ꝙ quando habeo plures actiones orientes ex deli-
cto si plus est in vna ꝙ in altera ⁊ egi ex illa in qua minus erat
⁊ exegi non prohibeor agere altera. quatenus plus est in ea. ita
loquitur illa. l. prima. Sed quando vna est ex contractu altera
ex delicto si egi illa que est ex contractu et exegi simplum non
possum agere illa que est ex delicto etiam in ea quod plus est
in ea quam in alia. et iste est casus not. in. d. l. qui seruum. §. fin.
27 ¶ † Item adhuc oppo. fortiter contra primuʒ dictum ꝙ si egi
commodati et exegi. x. non possum agere actione. l. aquil. ad
duplum ratione negationis quia per illam exactionem non est
sublata actio commodati sed etiam actio soluʒ aqui. quatenus
competit ad simplum quia sunt persecutorie. vt. s. de constitu.
pecu. Item ille. §. finalis. ⁊ sic non potero intentare actionem. l.
aqui. ad simplum ergo non potest interuenire negatio propter
quam possum agere ad duplum et sic iste tex. secundum istum
intellectum non potest stare. ista est difficilis oppositio. Barto
lus dicit ꝙ imo non tollitur actio. l. aqui. ipso iure sed ope exce
ptionis sicut nec per iuramentum. vt. s. de iureiuran. l. cuʒ qui.

ego multū

ego multū miror de dicto suo: q2 falsum est: q2 licet per iuramē-
tum non tollatur ipso iure: sed solū tollitur naturalis ⁊ eliditur
ciuilis ⁊ actio per solutionē: tamen omnis tollitur obligatio et
actio ipso iure si essent mille que concurrerēt ad idem. vt. ꝺ. l. itē
illa. in fi. vnde reperi quandā apostillam Pet. in. l. contraria. q
sensit istā oppositionē ⁊ dicit ꝙ ad hoc vt ꝑcedat ista solutio et
nō obstet. ꝺ. oppositio oportet ponere casuʒ ꝙ egi primo actio-
ne. l. aqui. ⁊ fuisti cōdēnatus ad duplū ⁊ negasti anteq̄ exigereʒ
egi postea cōmodati ⁊ fuisti cōdēnatus in simplo ⁊ soluisti ⁊ pos
sum postea agere ex illa sententia ad duplum qd non exegi: ita
debet intelligi iste tex. certe ista est vna magna inuolutio. nō vi
deo tamen pro nūc ꝙ possit aliter solui. vnde non esset absurdū
dicere vt quidā dixerunt volendo cōcordare istū tex. cū illo duʒ
tex. dicit nisi forte qui dixerit subaudi. sʒ male. ⁊ dū ī fi. dicit qd
videtur habere rationem non refertur ad proxime dicta vt ve-
lit approbare quod illi dicebant: sed vult respondere ad. q. pri-
mo loco formatā ꝙ actio est edenda simpliciter: q2 nō potest cō
petere actio. l. aqui. in plus postq̄ est exactū simplū: ⁊ ista est ma
28 gis tolerabilis. ¶ In fi. gl. ibi sic ergo in duo. reis. ¶ † Not. istā
glo. singulariter ꝙ quando vnus ex fideiussoribus soluit totuʒ
indistincte debet cedi actio cōtra principalem scilicet in totum
q̄ contra fideiussorem pro rata: quia semper conuenitur ex fa-
cto alterius. vt. l. cum alter. de fideiusso. sed si vnus ex reis prin
cipaliter obligatus soluit totum si quidē ipse conuenitur ex fa-
cto alterius similiter debet sibi cedi actio contra illum quatenꝰ
ex facto illius conuenitur videtur auteʒ conueniri ex facto illiꝰ
si vtilitas contractus ad illum peruenit vel quatenus peruenit
vt in princi huius. l. si mutuo. x. tibi ⁊ titio ⁊ quilibet se obligat
principaliter insolidum: tota tamen pecunia remansit penes
te. si titius soluit totum ceditur sibi actio contra te in totum si
remansit dimidia ceditur pro dimidia ⁊ primo ꝙ non cederet
cōpeteret actio quod dic vt not. Barto. in. l. duos. de duo. reis.
Sed si tota esset conuersa in vtilitatem soluentis in nihiluʒ ce-
deretur: quia diceretur conueniri ex facto suo. si vero in neu-
trius vtilitatem conuersus est contractus vt si se obligauerunt
ex causa lucratiua volentes mihi donare. x. quibus se obliga-
bunt insolidū tanq̄ duo rei tunc tenet id quod vltimo loco di-
cit hic glos. nota. ꝙ aut habebant beneficium diuisionis: quia
erant ambo soluendo et presentes: tunc vnus conuentus ad to-
tam summam poterit euitare cōdemnationeʒ pro dimidia op-
ponendo illud beneficium. si vero nō opposuit debeat sibi cedi
29 actio pro dimidia quam poterat euitare. † si autem non habeat
beneficium diuisionis: vel quia alter non erat soluendo vel quia
renuntiauerunt ⁊ tunc non est fienda cessio: quia non dicitur cō
uentus ex facto alterius: sed ex proprio cum quilibet illorum
voluerit donare: ita salua istā gl. que est singularis: licet aliqui
eam mordeant.

2 ☞ Commodans equum quē sciebat nō posse ferre laborē te-
netur contraria cōmodati ipsi cōmodatario ad interesse. si pro-
pter hoc ꝙ equus in via defecit damnificatus est.
3 Si tunc gratis commodauit ⁊ pereat ꝙ commodatarius non
teneatur.

1 **EUm qui rem.** ¶ † Ad vsum ad queʒ res cōmodata est com-
modatarius non obligat̄ nisi ei sit annexa culpa. hoc
dicit. sic. ĵ. eo. l. si. ponitur. ratio facit. l. arboribus. §. si
nauis. s̄. de vsufru. ⁊. ĵ. ad. l. rhod. l. ij. §. si conseruatis. plus vide
2 tur per illam. l. si. dum dicit † ꝙ commodator est in culpa si cō-
modauit equum quem sciebat illum laboreʒ non posse ferre ꝙ
ipse teneatur contraria commodati ipsi commodatario ad in-
teresse si propter hoc ꝙ equus in via defecit damnificatus est
3 vt. l. in rebus. §. item qui † sciens. ĵ. eo. ⁊ multi laici idiote vt plu
ries vidi erant dicentes ꝙ quando res commodatur gratis si
pereat qualitercunq̄ teneatur commodatarius emendare et
habent istud quasi pro lege: ⁊ istud est erroneum: vt hic patet. et
in. ꝺ. l. finali.

2 ☞ Si traditur res alicui: vt eam inspiciat dicitur contractus
innominatus. ⁊ si traditio ei fiat gratia tradētis nō tenetur reci
piens nisi de dolo ⁊ lata culpa: sed si gratia recipientis etiaʒ de
leuissima culpa.
3 Si cōstat eam rem ad recipientem peruenisse presumit̄ eā ha-
bere: nisi probet ꝙ perdidit.
4 Perditio quomodo probetur.
5 Perditione probata: an habeat necesse recipiens probare qd
sine sui culpa perdita est.

1 **Si rem in.** ¶ † Contractus innominati indican-
tur ſm naturam contractuū nomina-
a torū [a] quibus assimilātur ad hoc semper allegatur. ĵ. de posi. l.
j. §. si quis seruum. et. ĵ. de prescriptis. ver. si gratuitam. §. papi.
2 Nam † quando res traditur inspectori nec est depositum: q2 nō
tradatur vt custodiatur nec commodatum: quia non tradatur
vt recipiens vtatur: sed est cōtractus innominatus trado vt in-
spicias ⁊ sic traditio fiebat gratia mei domini tantum: quia vo-
lebam explorare pretium cum vellem ipsum vendere assimila-
tur contractui depositi. ideo non venit nisi dolus ⁊ lata culpa:
sed si gratia recipientis puta vestem quā petijt vt sibi ostenderē:
q2 volebat ostendere marito vt faceret aliū sibi similem assimi-
latur contractui commodati qui fit gratia accipientis tantum
3 venit latissima culpa. ¶ † In gl. super verbo dolum. dic ꝙ duo
sunt videnda: primum est si ille cui tradidi dicat se perdidisse ha
b beat necesse probare quod perdidit [b] ⁊ nisi probet presumatur
habere ⁊ hic dicas ꝙ sic si constat ad ipsum peruenisse: q2 presu
mitur adhuc esse nisi cōtrarium probetur hec est glo. ĵ. man. cre
ditor. §. si inter. in fi. Si autem non constaret ad eum peruenisse
tunc eoipso quod dicit non habere fundata est eius intentio nisi a
contrarium probetur vt not. ĵ. de proba. cum de lega. ⁊. C. de in.
4 delibe. l. fin. §. licentia. † probatur autem perditio vel directo si
ablata fuit per vim vel per coniecturas si clam per furtum pro-
bando effractionem domus vel alterius clausure no. in. l. si qs
5 ex argentarijs. §. si. de eden. † Secundo videndum est probata
perditione an habeat necesse probare qd sine sui culpa perdita
est: an autem hoc presumatur nisi per actorem probetur cōtra-
rium dic ꝙ quedam est perditio que semper presumitur eueni-
re propter culpam male custodie vt furti. l. cum duobus. §. dā-
na. ⁊ quod ibi nota. ĵ. pro socio. vel incendij. vt. ĵ. de peri. ⁊ com-
mo. rei vendi. l. si venditor. ⁊ de offic. prefect. vrb. l. iij. §. j. ⁊ tunc
habet necesse probare ꝙ sine culpa quod facere potuit proban-
do diligentem custodiam alias presumitur in culpa. Quedam
est perditio que consueuit fieri sine culpa vt violentia vel incur
sus latronum et tunc allegans dolum vel culpam habet neces-
se probare. et ita debet intelligi ista glos. et vide Bartol. in. l. si
quis ex argentarijs. §. fin. ⁊ hoc vult glo. insti. de ob. que re con b
trah. §. si.

a ¶ Nominatorū. idē tenet Bar. in l. cuʒ ꝑponas. C. de dolo. ī. §. sʒ si.

b ¶ Perdidit. ad de old. cōsil. cxl-viij.

2 ☞ Si res commodata datur nuntio cōmodatarij: an pereat
commodanti.
3 Obligatus in specie soluens nuntio portanti literas falsas vel
famulo consueto creditoris ⁊ sic habens iustam causam creden
di liberatur ope exceptionis. secus si est obligatus in genere vel
in quantitate.

1 **Sed si dum.** ¶ † Si res perijt culpa nuntij re-
ferentis si quidem fuit missus a cō
modante vt referret perit commodanti si autem non vt refer-
ret sed vt cōmoneret perit commodatario. Si vero missus fuit
ab ipso commodatario perit ipsi commodatario ⁊ si commoda
tum erat factum sui gratia tantum venit leuissima culpa in eli-
gendo nuntium si gratia commodantis venit dolus ⁊ lata cul-
pa tantū. hoc dicit. vsq̄ ad. l. si is qui. Et primo loquitur quan-
do fuit missus a cōmodante seu tradente vsq̄ ibi si vero. Secun
do ibi quando a recipiente vsq̄ ad. l. si mei causa. §. cōmodata.
Tertio reddit ad primū casum limitādo qd dixerat ⁊ loquitur
quando fuit tradita inspectori vt in precedenti vel commodata
2 rio: vt patet in. §. commoda. ¶ † Oppo. pro declaratione glos.
c super verbo elegerit cōtra secundum casum ꝙ si nuntius [c] fuit
missus per commodatariuʒ non pereat commodatario: sed cō- c
modanti. ĵ. eo. l. argentū. solue ſm quosdā. ⁊ bene iste tex. potest
intelligi quando fuit expresse actum ꝙ remitteret per alium sed
per seipsum portaret quo casu si per alium remittat quātūcūq̄
diligentissimum eoipso ꝙ fecit contra formā pacti vel commis-
sionis fuit in culpa. vt. l. diligenter. in prin. ĵ. man. ⁊ ideo tenetur
de communi casu contingenti culpa nuntij vel etiam sine culpa
contrarium loquitur quando non fuit expresse actum ꝙ repor
taret per se. Vel dic ꝙ hoc potest intelligi etiam quando nō fuit
expresse actum ꝙ reportaret per se ⁊ sic non fecit contra formā
mandati. tunc ergo est distinguendū ꝙ aut fuit in culpa eligen-
di nuntium: quia elegit talem queʒ diligentissimus paterfa. nō
elegisset ⁊ culpa nuntij perijt. ⁊ tunc perijt cōmodatario ⁊ idem
videtur si sine culpa nuntij: quia par culpa precessit in electione.
Si autem elegit talem quem quilibet diligentissimus elegisset:
3 tunc loquitur. l. contraria. ¶ † Querit glo. in. §. commodatum.
quid si nuntius mentitus est: quia cum esset missus causa com-
monendi dixit se missum ad reportandum: ⁊ tamen commoda
tarium non excusari: quia non debet esse credulus. Tu aduerte
quia interdum quis est obligatus in genere vel quantitate. tūc
glos. dicit verum indistincte etiam si debitor habuit iustam cau
sam credendi vt puta portauit literas falsas vel falsum instru-
mentum quia talis debitor tenetur de casu. vt. l. incendium. si
cer. peta. et hoc probatur in. l. si hominem. §. in nullo. de solu. ⁊. l.
si quis vxori. §. apud labeonem. in tex. et glos. ĵ. de fur. aut erat
obligatus in specie: ⁊ tunc aut non habuit iustam causam cre-
dendi ⁊ idem et ita debet intelligi ista glo. aut habuit quia por

c ¶ Nuntiꝰ. adde Alex. in. l. si finita. §. si. de dā. infec. ⁊ in. l. argētū. ĵ. eo. ⁊ vide ꝙ voluit Bal. consil. ccccxxvj. iij. lib.

tauit instrumentũ falsum vel qꝛ erat famulus consuetus mitti pro talibus et tunc liberatur saltem ope exceptionis. quia non habet nec dolo desijt habere. et. l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. in vltima glo. §. si cer. pe.

1 **Is qui.** †Dominus qui recipit estimationez litis a cõmodatario tenetur cauere de restituendo ei rem si ad manus eius peruenit. hoc dicit. supple ad estimationẽ. vt. ꝭ. eo. in commodato in fi. est enim in eius electione ⁊ sic non videtur cõmodatarius simpliciter emere sed sub cõditione. quod est verum si res nõ erat apud eum sed si erat ⁊ cõmodatarius sciebat videtur simpliciter emere ⁊ nõ posset commodatarius postea restituere estimationem ⁊ repetere rem.

2 ¶Usure etiã si mutuãs suscipiat in se periculuz pecunie mutuate. ꝙ nõ sint licite. ⁊ quid si etiam recipiat periculum lucri.

3 Tradens alteri pecuniã si recipiat vtrũqꝫ periculum tam sortis ꝙ̃ lucri: vt si lucretur habeat partem: si non lucretur nihil et si perdatur damnum sit cõmune ꝙ tunc sit contractus licitus societatis.

1 **Si quem.** †Utilitas rei nõ debet pertinere ad illuz
2 ad quẽ nõ ptinet eiꝰ periculũ. h. d. ¶†No. bonã regulã per quã patet quare vsure nõ sunt licite qꝛ periculum pecunie mutuate nõ pertinet ad mutuantẽ ergo non debet de illa vtilitatẽ habere etiam si recipiens cuz illa lucretur certe etiam si periculum ad mutuantẽ spectaret adhuc non licite recipit nisi etiam in se suscipiat periculũ lucri. si enim vellet in omnem euentũ habere lucrũ de pecunia siue recipiens cum ea lucretur siue non licitũ non esset etiam si suscipiat mutuans in se periculum capitale. vt. l. periculum. ꝭ. de nau. feno. per totuz vbi hoc non obstante appellantur vsure. ⁊ est tex. in. c. ciuitate. extra de vsu.
3 † ⁊ si recipiat vtrũqꝫ periculũ tam sortis ꝙ̃ lucri vt si lucretur habeat partem si non lucretur nihil ⁊ si perdat̃ dãnuz sit
a cõmune ⁊ tunc est contractus licitus[a] societatis. vt. ꝭ. pro socio. cum duobus. §. Item ex facto. non ergo sufficit suscipere periculũ alterius istorum sed debet suscipere periculum vtriusqꝫ et istam theoricam liges ad digitum ⁊ nunꝙ̃ errabis. nam si non susciperem periculuz sortis licet susciperem periculum lucri ꝙ ita demum mihi des vtilitatem si lucreris cum ea ⁊ non aliter ⁊ adhuc non est licitum per istum textũ. contra illius lucro debet esse res ad cuius periculum est. vt. ꝭ. pro socio si vnus. §. item si vnus. ⁊. l. si mãcipia. de iu. do. ⁊ vide quod no. Bar. in. l. quia poterat. ꝭ. ad trebel.

a ¶Licitꝰ. quãdo vnus ponit pecuniã ⁊ alter operã cũ hoc ꝙ dãnuz ⁊ lucrũ sit cõmune licet multi teneãt ꝙ licituz sit tamen vide quõ intelligi debeat per Sozi. ꝯsi. in. c. i. domineꝰ labia mea viso instro.

2 ¶Frequẽter extra id quod agitur tacita resultat obligatio.

1 **Si libero.** ¶†Ex contractu celebrato cum libero homine qui putabatur seruus nascitur obligatio ⁊ actio inspecta veritate potius ꝙ̃ opi. contrahentis qui putabat non nasci. ¶Item condictio indebiti nascitur preter intentionem soluentis qui non soluit eo animo vt repeteret.
2 hoc dicit. †Et idem in alijs condictionibus ob causam vel sine causa qui dicuntur oriri ex quasi contractu ⁊ extra id quod agitur ⁊ ad hoc semper allegatur iste tex. ꝙ frequẽter extra id quod agitur tacita resultat obligatio quia inspicitur potius quod est in veritate ꝙ̃ qđ est in ope. facit. l. regula. §. qui ignorauit. de iu. ⁊ fac. igno. ꝙ est veruz in his que non dependent dumtaxat ab animo: alias secus vt in aditione hereditatis que pendet mere ex animo vnde si inspicitur quod est in opi. vt si putabat se non posse adire licet reuera possit non valet aditio vt. l. cum quidaz. §. quod dicitur ⁊ qđ ibi no. de acqui. hered. ¶In tex. ibi vel prescriptis verbis dicit Ric. mal. ꝙ dictio vel ponitur correctorie contrariũ formatum in. l. at qui natura. §. si libero. de nego. ge. quia potius concordat. Sed oppo. extra glo. ꝙ nulla nascatur actio vel obligatio postꝙ̃ contrahens errabat et putabat non nasci. vt. l. si ergo. §. si certũ peta. Solue ibi errabat in contractu vel erat dissensus in ipso contractu quia vnus putabat facere vnum alter alterum hic non erat dissensus in contractu sed erat error in iure quod ex cõtractu sequebatur scilicet in actione vel in obligatione que non putabatur nasci posse cuz posset ⁊ iste error nõ impedit natiuitatẽ: vt hic patet idem si erat error in antecedenti qꝛ soluit quis ex causa qua putabat se teneri cum non teneretur vt in fi. huius. §.

b ¶Quidã alius. Uide Bart. ⁊ ibi per Jo. de imol. ⁊ noui. in. l. si alienã. sol. mat. ⁊ ibi per Bal. distinguentẽ vt ibi per eũ ⁊ vide Bar. in l. legata. ꝭ. de adi. leg. Bal. in. l. nec creditores. C. de pig. ac. ⁊ an venditor possit mihi emptori opponere ꝙ non erat: dñs: vide glo. in l. cũ res. C. de pb.

2 ¶Seruus in alienatione rei: ⁊ translatione dominij nõ potest preiudicare domino.

1 **Si seruus.** ¶†Ex eodẽ facto possunt oriri due actiones cõtrarie diuersis respectibus. hoc dicit. Et sic possunt cõcurrere in origine: sꝫ in executione nõ imo vna electa altera finitur nunꝙ̃ nata. vt. C. de fur. l. j. no. tamen ꝙ actio commodati nascitur hic ex ꝯtractu: sed actio furti oritur ex malignitate recipientis ⁊ sic sunt cause diuerse: oriũtur tamen ex eodem facto si ergo eligo actionem commodati videor ratificasse contractum scõm: ⁊ sic non videris recepisse contra voluntatem meam: quia ratihabitio retrotrahitur: ⁊ sic fingeris non commisisse furtum econtra si ago actione furti ⁊ condictione furtiua videor reprobasse contractũ: ⁊ sic fingitur actio ex contractu mihi nõ acquisita. Sed contra quia hoc non est in potestate mea cum seruus acquirat domino etiam inuito. vt. l. seruus vetãte. de ver. obli-
2 ga. †Solutio verum est ex contractu ex quo solum acquiratur nõ aũt ex eo contingit aliqua alienatio: vel translatio rei ipsius dominij. nam in illa non potest seruus preiudicare domino: vt l. seruus. C. de pactis.

2 ¶Re aliena commodata ⁊ cuz cõmodante agente concurrat dominus agendo rei vendicatione ꝙ dñs preferetur: ⁊ quid si non ageret: sed denuntiaret.

3 Contra cõmodantem agentem ad restitutionem rei: non potest obijci exceptio dominij ꝙ ipse non est dñs: sed alius: ⁊ quid in alijs contractibus.

4 Cõmodator si agat rei vendicatione videt̃ se astringisse ad probandum dominiũ quod non probaret producendo instrumentum commodati.

5 Modi probandi dominiũ remis.

6 Spoliatus agens rei vendi. contra spoliatorẽ sufficit ꝙ probet possessionis spoliationẽ non dominiũ.

1 **Commodare.** ¶†Ex cõmodato etiã de re aliena facto orit̃
2 cõmodati actio ad restitutionẽ rei. h. d. †si tamẽ dominus concurreret cum eo agendo rei vendicatione preferetur dominus. vt. ꝭ. deposi. l. bona fides. ver. latro spolia. si autẽ non ageret: sed denuntiaret depositario vt non restitueret tali denuntiationi nõ staretur. vt ibi not. gl. ⁊ in aut. de depo
3 sito ⁊ denun. in prin. sic ergo patet †ꝙ cõtra cõmodantẽ agentem ad restitutionem rei non potest obijci exceptio dominij ꝙ
b ipse nõ est dominꝰ: sed quidã alius[b] etiam si cõmodatarius sit paratus hec probare: quia hec exceptio nõ excludit intentionem agentis secus si obijceret de dominio ꝓprio. vt. d. l. bona fides. §. fin. quod tamen limita vt ibi dixi nisi ageretur cõdi. l. si quis cõductionis. C. locati. que vtilis locum habet in alijs contractibus vt no. in. l. rem alienam. ꝭ. titul. j. glo. hic tenent ⁊ bene
4 fm Joan. ⁊ Azo. †ꝙ si ageret cõmodator non tanꝙ̃ cõmodator nec ex contractu cõmodati: sed tanꝙ̃ dominus rei vendicatione videtur se astringisse ad probandum dominium non sufficeret producere in iudicium instrumentũ cõmodati: quia non probaret dominiũ tamen non possit fieri de re aliena: sed habet necesse probare plenum dominium. dic vt no. in. l. cum res. C. de
5 proba. fallit in spoliato qui agit rei vendi. cõtra spoliatorẽ. †nã
6 non habet necesse probare dominiũ. †Qui autẽ sint modi probandi dominium: sed sufficit probare possessionis spoliationẽ: quia presumitur dominus in odium spoliantis: ita intelligo. l. no. quam gl. allegat. C. de prescri. xxx. anno. si quis emptionis. §. sed hoc super illis.

2 ¶Actio commodati directa dicitur principalis. ⁊ contraria accessoria.

3 Ex cõtractu qualiter ⁊ quãdo nascitur actio directa ⁊ contraria vel due directe vna vni altera alteri remis.

1 **In cõmodato.** †Actio cõtraria que datur cõmodatario potest stare ⁊ intentari absqꝫ eo ꝙ intentetur directa per cõmodantẽ. h. d. Pone exẽplũ si res cõmodata fuit restituta: nã potest agi pro expẽsis in ea factis: vt. ꝭ. eo. rebꝰ.
2 §. possunt. ⁊. §. fi. †Et no. ꝙ directa dicit̃ principalis ⁊ cõtraria
3 accessoria qualiter autẽ ⁊ quãdo ex cõtractu nascatur †directa ⁊ cõtraria vel due directe. vna vni. altera alteri. dic vt no. glo. in l. consensu. de actio. ⁊ obli. ⁊ hic per Bar.

2 ¶Contractus a principio sunt voluntatis ⁊ ex postfacto necessitatis.

3 Qui potest non cõtrahere potest contractũ modificare.
Actio cõmodati est ciuilis. ibi.

4 Non debet quis decipi ex beneficio seu legis autoritate.

5 Commodatum est illud qđ fit ad certum ⁊ determinatũ vsum. ⁊ non potest reuocari anteꝙ̃ ille sit expletus.

6 Precariũ ꝙ non fiat ad certum vsum. ⁊ ꝙ ideo possit quandocunqꝫ reuocari.

1 **Sicut autem.** †Si cõmodans nõ patiatur cõmodatarium vti ad vsum destinatum tenetur cõmodati cõtraria ad interesse. h. d. Et incipe ca
2 sum. ꝭ. de ver. igit̃. ⁊ vsqꝫ illuc pmittit quedã ad euidentiã. †No. primo illud ad quod allegatur ꝙ cõtractus a principio sunt vo
3 luntatis ⁊ ex postfacto necessitatis. ¶†Itẽ no. ꝙ qui potest nõ contrahere potest contractũ modificare facit. l. videamus. §. pe.
4 ⁊. l. in actionibus. de in litem iuran. †Item ꝙ actio commodati est ciuilis. ¶Ultimo not. in fin. ꝙ nõ debet quis decipi ex beneficio

neficio al's.l. autoritate facit.l.j.C.de his qui veniam eta.impe.
5 Item † allegat iste tex.ꝙ cõmodatũ est illud qd fit ad certũ et
determinatum vsum ⁊ anteꝙ ille sit expletus nõ potest reuoca-
6 ri.† Precariũ [a] vero nõ fit ad certũ vsum:ideo potest reuocari
a quandocũqꝫ:quia si nõ posset nunc nec vnꝙ posset.ideo ꝓprie-
tas redderetur inutilis que ratio cessat in cõmodato.ita intelli-
ge glo.super verbo officium.
2 ☞ Creditor in decẽ ꝙ possit petere quinqꝫ tantũ.⁊ ea quinqꝫ
debeat petere tanꝙ ex decem debitis.
3 Quod tunc aduersarius possit excipere ꝙ creditor vel petat to-
tum vel nihil.⁊ si nõ opponit valet processus.

1 **Duabus rebus.** †Ex pluribus rebus sepa-
ratis põt vna peti non. autem certa pars vni' corporis.h.d.intellige de parte integra:sed
pars quota bene posset peti puta dimidia vel tertia.vt in.l.sti-
pulatus.j.de solu.¶ In tex.ibi qui caruca que cõficitur ex plu
ribus reb' simul iunctis.vt.l.peculiũ.§.quadrige.de leg.ij.idẽ
põt dici in letitia fulcita ⁊ multominus quando est vna res tan-
tum indiuisibilis.puta equus:qr non possum petere pedẽ nisi
partes sint separate a toto.vt in.l.si seruus.§.pone.de cõdi.fur.
2 sed † pone debes mihi.x.an possũ petere.v.tantũ.respõdeo sic
vt patet in.l.si ex toto.§.j.de le.j.⁊ in.l.ij.al's.iij.de duo.reis vbi
possum cõuenire quẽlibet ex pluribus reis debẽdi pro parte di
cunt tñ doc.ꝙ non debeo petere.v.tanꝙ mihi debita:sed tanꝙ
pars maioris summe mihi debite.vt no.in.l.scire debemus.de
ver.ob.sed certe si sunt mihi debita ergo ⁊ quelibet pars istius
summe alias non posset peti vnde non videtur illud necessariũ.
3 dicit tamẽ † Guil.de cu.ꝙ licet possim petere [b] aduersarius po
b test excipere ꝙ vel petam totum vel nihil ne in plura iudicia di
stinguatur ar.l.ne in plures.s̄.de exercito.si tamen nõ opponat
valet processus ⁊ debet condemnari.quia recte petitum est hoc
etiam no.in.l.quidam estimauerunt.s̄.si cer.pe.sed si peterẽ par
tem integralem puta pedẽ equi etiam si non opponeretur exce-
ptio debet sequi absolutio:quia nõ recte petitum est vt hic dici-
tur:⁊ ita declaro dictum Guil.
2 ☞ Cõmodatario qui soluit estimationẽ pro re commodata
qualiter ⁊ quando cõpetant tres actiones contrarie cõmodati:
quando res reuersa est ad dominũ.⁊ nu.3.
3 Qd tunc electio istarũ actionum sit cõmodatarij:sed quo ad so-
lutionẽ ꝙ electio sit cõmodatoris ante litem cõtestatam:an sol-
uat estimationẽ receptam vel rem:nisi cõmodatarius iam esset
effectus dominus vel quasi.

1 **Rem cõmodatã.** †Actio cõmodati ꝯtra-
ria cõpetit vt cõmodãs reddat rem in suã potestatẽ reuersam vel estimationẽ receptã.
2 hoc dicit.¶ In fi.gl.ibi primũ est verior tu dic sm † Jac.bu.et
Bart.ꝙ huic cõmodatario cõpetũt tres actiones cõtrarie cõ-
modati q̃ dant alternatiue ad rem vel estimationẽ vt hic ⁊ si ista
intentet verum dicit gl.ꝙ erat in electione cõmodãtis ⁊ poterit
eligere vsqꝫ ad sentẽtiã quã restituat.l.plerũqꝫ in fi.de iure do.
iunctis his q̃ habẽtur in.l.cũ qui certarũ.de ver.ob.Item cõpe
tit cõditio sine causa ad repetẽdum estimationẽ tanꝙ causa re-
dacta ad nõ causam.vt.l.ij.de cõ.sine causa.⁊ si ista intẽtetur ha-
bebit cõmodator facultatem restituẽdi rem vsqꝫ ad litem cõte.
3 super estimatione postea nõ.† Sed debebit fieri condẽnatio ꝙ
plus est.vt.l.si stipulat' fuero.x.in melle.de sol.⁊.s̄.de eo.ꝙ cer.
lo.l.iij.§.j.ver.⁊ generaliter.Item habet rei vendicationem vel
publicianam ⁊ ista cõpetit ad ipsam rem quã videt cõmodata-
rius emisse soluendo estimationem ⁊ si ista intentetur videntur
sentire predicti docto.ꝙ possit cõmodator soluere estimationẽ
vsqꝫ ad lit.cõtesta.nõ potest:quia istarum actionũ electio est cõ
modatarij cui cõpetunt:sed rerũ electio cõpetit cõmodãti mo-
do predicto per.d.l.iij.§.j.tu dic melius ⁊ subtilius in hoc vlti-
mo ⁊ plene no.per Dy.in regula possessor.de regu.iur.in.vj.nã
rei vẽdicatio nõ cõpetit nisi quãdo soluens estimationem habe
bat rem penes se:⁊ recipiens sciebat tunc enim statim efficitur
sua.vt in.l.eius rei.cum.l.sequen.s̄.de rei ven.idem si nõ erat pe
nes eum:sed postea adeptus est possessionem de voluntate cõ-
modãtis que semper presumitur ex quo recepit estimationem.
sed si nõ erat nec possessionem adeptus est vel erat et cõmoda-
tor ignorabat effectus dominus vel quasi dominus ⁊ hoc casu
quando nõ est adhuc effectus loquitur iste tex.vt.l.ij.de condic.
sine causa.⁊ ꝓcedunt tria que superius dicta sunt:sed si iam effe-
ctus est dominus vel quasi dominus potest agere ad rẽ nec au-
ditur cõmodator offerẽdo estimationem etiam ante lit.cõtesta.
sed precise cõpellitur restituere per.l.si culpa.s̄.de rei vend.in fi.
vbi est casus idem videtur si nõ adhuc est effectus dominus vel
quasi.tamen cõmodator cederet sibi rei vendicationem contra
possessorem.vt eo.l.si culpa.ver.cum tamẽ.quia illam actionẽ
poterit intentare contra ipsum cedentẽ:vt in illa.l.si culpa.ver.

ipso quoqꝫ.ad quod vide quod not.Bartol.in.l.j.§.fin.de ope.
no.nun.
2 ☞ Culpa leuissima est non facere illud qd diligentissim' pa-
terfamilias faceret.⁊ quid sit leuis vel lata culpa remis.
3 Casus fortuiti dicũtur illi quibus resisti nõ potest humano in-
genio vel diligentia.
4 Culpa quando precessit casum non dicitur proprie casus for-
tuitus.
5 Commodatũ licet fiat gratia accipiẽtis tantũ aliquãdo tamen
fit gratia vtriusqꝫ ⁊ aliquãdo dantis tantũ.⁊ tunc nõ habet cer
tam naturam cõmodati.
6 Mandatarius quando teneatur de leuissima calpa. ⁊ quando
de leui vel de dolo ⁊ lata culpa.

1 **In rebus.** †Cõmodatarius tenetur de le- a
uissima culpa si sui gratia tantum fuit factũ cõmodatum nõ de casu fortuito nisi
culpa precedat:sed si gratia vtriusqꝫ tenetur de leui
2 tantum.h.d.vsqꝫ ad.§.siue.† allegatur ista.l.ad plura.primo ꝙ
culpa leuissima est nõ facere illud qd diligentissimus paterfa.fa
ceret:vt in prin.l.quid autem sit leuis culpa vel lata:dic vt in.l.
3 qd nerua.j.deposi.† Item allegatur post princi.ꝙ illi dicuntur
casus fortuiti quibus resisti nõ potest humano ingenio vel dili-
4 gentia.† Item allegatur ꝙ qñ culpa precedit casum nõ dicitur
proprie casus fortuitus.ideo quis de tali casu tenetur intellige
quãdo precessit talis culpa de qua ipse tenetur nõ aliter.nam si
esset contractus gratia vtriusqꝫ vel dantis tantum ⁊ precederet
culpa leuissima de qua nõ tenetur similiter nõ tenebitur de tali
5 casu.¶ † Item not.ꝙ licet cõmodatum fiat gratia accipientis
tantum aliquando fit gratia vtriusqꝫ vt hic.⁊ aliquãdo dantis
tantũ.vt.l.si vt certo.§.interdum.⁊ tunc nõ habet certã naturã
cõmodati:quia nõ venit leuissima:sed leuis tantũ quando gra-
tia vtriusqꝫ vel dolus ⁊ lata culpa quãdo dantis tantũ.vt in.d.
6 §.interdũ.† Quid aũt in mãdato quidam distinguunt eodem
modo gl.hic q̃ incipit hãc.dicit semper venire leuissimã per.l.a
ꝓcuratore.C.man.dic hoc verum quando mãdatur aliquid qd
requirit exactissimã diligentiã vt in procuratore cõstituto ad
lites:⁊ ita loquitur illa.l.si autem extractam tantum vt in con-
stituto ad gerenda negotia tenetur de leui si autem nullam vt in b
fideiussore qui habet mandatum de soluendo in quo non venit
aliqua industria tenetur de dolo ⁊ lata culpa vt in.l.si fideiussor.
man.⁊ ita tradit Bar.in.d.l.ꝙ nerua.⁊ in.l.cũ qui.j.de fur.vbi
omnino vide.

a ¶ Precarium. Qũo differat a cõmodato: vide Bart.in.l.ij.s̄.si cer.pe.gl.in.l.cõ tract'.de reg.iu. Bal.in.l.ij.C.e. Bal.in.l.si.in.ij. col.C.de cõpen. vbi dixit ꝙ pcariũ magis accedit cõmodato ꝙ deposi.

b ¶ Possim petere.adde Bar.in l.quidã estimauerũt.si cer.pe.⁊ in l.nõ est nouũ.de act.em.An.Jo. de imol.Bal.i.l. j.j.de acqui.her. Bal.in.l.si mihi ⁊ tibi.de lega.j. Bar.in.l.scire debem'.de ver.ob. ⁊ ibi imo.An.in l.cũ quedã puella.de iur.om.iu. Bart.Ang.Ro. in.l.si idẽ cũ eodẽ.de iu.om.iu. Bart.i.l.ptor.§. si plures.ad fi.j. iniurijs.Inno. in.c.cũ.m.ferrariẽsis.de cõstit. Bar.in aut.qui semel.de pba.

1 **Siue autem.** † Pro culpa cõmissa in faciendo
cõpetit actio ex eo cõtractu ⁊ etiã l.aqui.⁊ facta exactione ex vna tollitur altera.hoc dicit. Sed si
cõmittit in non faciendo actio.l.aquil.nõ competit.vt.s̄.de vsu-
fruc.l.si cuius.§.de preteritis.¶ In tex.actum fuerit supple et
exactum qui sunt persecutorie.vt.l.item illa.in fi.s̄.de cõstit.pe-
cu.⁊.j.pro socio.l.rei cõmunis.cum.l.sequen.⁊ quod ibi not.vi-
detur tamen ꝙ actio.l.aqui.in eo quod excedit non tollitur per
actionem cõmodati.vt.s̄.eo.vnde queritur circa fi.vel dic vt ibi
dictum fuit.
2 ☞ Impense pertinent ad illum qui habet vsum ⁊ vtilitatẽ ex
re que cibatur.
3 Qd iuris est de impensis cibariorum idẽ de alijs si sint parue.

1 **Possunt iuste cause.** ¶ Pro expensis
factis in re cõmo data competit cõmodatario actio cõtraria:nisi sint expense ci-
2 bariorum vel alie parue expense.h.d.† not.⁊ semper allegatur
ꝙ impense pertinent ad illum qui habet vsum ⁊ vtilitatẽ ex re
que cibatur.⁊ ideo ad creditorem qui habet rem pignori vel ad
depositarium non pertinent:quia non habuit vsum rei.vt.j.tit.
3 proxi.si necessarias.in princi.¶ † Item no.quod iuris est de im
pensis cibariorum idem de alijs si sint parue.Sed in preceden-
tibus non distinguitur sint parue vel magne.non est ergo curã
dum de modico quãtum ad illum qui habet vsum rei vt hic nec
ꝙtum ad restitutionem in integrum.vt.l.scio.de in integ.restit.
nec ꝙtum ad actionem de dolo extra istos duos casus secus vt
institu.de re.diui.§.gallinarum.⁊ no.per Dy.in.l.si.proprieta-
rius.de dam.infec.
2 ☞ In contractib' qui celebrantur gratia vtriusqꝫ ad quid te-
neatur qui tradidit rem vitiosam.

1 **Item quis.** † Cõmodans tenetur actione cõtra-
ria solum de dolo et lata culpa.h.d. Quod ergo dicitur in.l.si vt certo.§.nunc videndũ procedit in
actione directa cõmodati in qua venit culpa leuissima: quia fit
gratia commodatarij:sed in cõtraria venit dolus ⁊ lata culpa
tantum:quia nõ fit gratia commodantis.vt hic.⁊.j.eo.l.penul.
in actione autem depositi contraria venit leuissima culpa.vt.l.
2 quod seruus.§.si vero.j.de condi.fur.† In alijs autem cõtracti

bus qui celebrantur gratia vtriusq; aut loquimur in contractu emptionis ⁊ venditionis: ⁊ tunc ad quid teneatur qui vendidit vas vitiosum. dic vt. j. de act. emp. l. tenetur. §. sed si vas. ⁊ l. iulia. in cõtractu vero locatoris dic. l. sed addes. j. locati. in contractu vero mandati dic. vt. d. l. seruus. §. qđ vero.

2 ☞ Actio quomodo sit vtilior q̃ exceptio.
3 Expense vtiles ꝙ possint repeti: licet excedant valorem rei.
4 Si peto a te. xx. ⁊ tu obijcias compensationẽ de aliquo debito
in quo tibi teneor in. xxx. ꝙ fiat cõpensatio in. xx. ⁊ in residuo nõ
debeam cõdemnari nisi per viam reconuentionis petijsses me
cõdemnari: al's petitur in alio iudicio.

1 **Quod autem.** † Cõmodatarius pro expensis
non solũ habet actionẽ cõtrariã
sed etiã habet exceptionẽ ⁊ retentionẽ: tamẽ actio potest esse vti
2 lior. vt quatuor probat exẽplis. hoc dicit. ¶ † In tex. ibi s3 fieri
potest respondet tacite obiectioni. nam postq̃ prouidet per viã
excipiendi ⁊ retinẽdi ad quid fuit vtile prouidere sibi de actio-
ne cõtraria: ⁊ respõdet quia potest esse vtilior actio q̃ exceptio.
⁊ hoc probat quatuor exemplis. primum si res commodata va
lebat. xx. ⁊ expense ascendebant ad. xxx. nam non sufficeret exci-
pere nisi vsq; in. xx. expedit ergo posse agere quia consequere-
3 tur. xxx. ¶ † Not. ergo mirabile ꝙ licet expense excedant valo-
rem rei si erant vtiles possunt repeti. In contrarium facit. l. si
4 seruus. j. tit. j. ¶ † Item per istum text. terminauit Guil. de cug.
ꝙ si peto a te. xx. ⁊ tu obijcias compensationẽ de aliquo debito
in quo tibi teneor in. xx. ꝙ debeat fieri cõpensatio in. xx. in resi-
duo nõ debeo condemnari: ⁊ hoc patet: quia dicitur hic ꝙ ha-
bet necesse illud petere in alio iudicio. ⁊ ita no. in aut. cõsequen
ter. C. de sen. de quo casus hic. hoc verum nisi per viam reconuẽ
tionis petijsses me cõdemnari: vt ibi no. alia exẽpla sunt clara
que hic ponuntur.

1 **Adeos qui.** † De dãno dato a tertio nõ tenet cõmodatarius vel cõductor intellige nisi culpa precedat vel datũ sit propter inimicitias quas ille habebat cum cõmodatario vel conductore. vt. l. si merces. §. culpe. j. locati.

1 **Argentum.** † Si culpa nuntij [a] perdat perijt periculo cõmodãtis si cõmodatarius res remittẽs nõ fuit in culpa male electionis videt autẽ fuisse in culpa si fuisset actu3 tacite vel expresse vt remitteret per aliũ: sed per seipsum vt not. j. eo. eum qui. cum. l. sequẽ. Ite3 loquitur ista. l. in debitore certe speciei non quantitatis vel generis sicut casus ipsum nõ excusaret. l. incendium. C. si cer. peta. ita nec culpa. vt. l. si quis vxori. §. apud labeonem. ⁊ quod ibi per Dy. ⁊ Bar. j. de fur. ⁊ eo. tit. si seruus. §. hec ita puto vera.

a ¶ Nuntij. Vide a Bal. in. l. j. C. depositi. cano. in. c. j. de cõmo. vbi dicunt ꝙ furtũ factũ a famulo dicit casus fortuitꝰ ꝙ tenet Bal. 9si. lxxxviij. j. libro.

1 **Rem mihi.** † Commodator surripiendo rem sibi cõmodata3 non tenetur actione furti cõmodatario: sed tenet actione cõtraria ad restitutionẽ estimationis quã recipit. h. d. ¶ In glo. sup verbo vtile ibi de condictione sine causa. l. ij. hoc reprobat Bar. nam ibi agendo condictione sine causa non impugnat sententiã: sed hic impugnaret postq̃ tempore quo soluit estimationem res erat apud cõmodantem: ⁊ sic non debeat solui in. l. cõtraria nõ erat vnde iuste fuit soluta. dic ergo ꝙ hic non competit condictio sine causa sed solũ actio cõmodati contraria per quam nihil datur contra sententiam si peto interesse meum ⁊ vide Cy. de re iudi. l. j.

nec etiā hoc caſu cōfirmatur vēditio:qꝛ illa erat valida etiā de
re aliena facta:vnde nō indigebat cōfirmatione: vt.l.rem alie-
nam.ſ̄.de contrahē.emp.ſed ſi fuiſſet caſus in quo nō voluiſſet
vt facta a marito de re dotali ex ſuperuenienti dominio cōfir-
maretur etiam ſi emptoꝛ fuiſſet fictus quantum ad agendum:
vt.l.cum pꝛedium.de vſucap.nec obſtat illa.l.de pig.quia ſolue
vt ibi no.per Bart.¶Contra tertium no.oppo.ꝙ nō ſufficiat
creditoꝛi agēti hypothecaria pꝛobare ꝙ poſt obligationez res
incepit eſſe in bonis debitoꝛis.imo debet pꝛobare ꝙ erat tēpo
re obligationis cōtracte.vt.l.⁊ que nondū.§.quod dicitur.ĵ.de
pigno.glo.hic dicit in fi.ꝙ iſte debitoꝛ tēpoꝛe obligationis cō-
tracte habebat titulum ⁊ bonam fidem in re obligata ibi ſolaz
poſſeſſionem.certe ſi hoc eſſet in caſu huius.l.etiam ſi non ſu-
perueniret aliud dominium valuiſſet obligatio a pꝛincipio:qꝛ
habet titulum ⁊ bonam fidem cum ipſe vſucapiat vel pꝛeſcri-
bat diciť habere quaſi dominiū ⁊ ſic ius in re ratione cuius po
teſt per publicianam aduocare a quolibet poſſeſſoꝛe pꝛeterꝗ a
domino illud ius cenſetur obligaſſe.⁊ eodē modo creditoꝛ po-
terit aduocare:vt eſt caſus in.l.ſi ab eo.ĵ.de pigno. ¶Sed iſte
tex.facit vnam queſtionē ꝙ poſtea incepit eſſe ſua ⁊ ſic innuit ꝙ
ante non valebat pignus nec potuiſſet aduocare poſtea poteſt
per vtilē hypothecariā.ſed dic ꝙ hic nō habet titulum ſed ſolā
poſſeſſionē:⁊ ſic nō erat in bonis ſuis: qꝛ nullum ius habebat
in re nec ad rem:pꝛopter qđ poſſet ab eo aduocare. ideo nō va-
luit pignus:ſed poſtea cōfirmatur:ſed ad contrarium reſpon-
de ꝙ ibi loquitur quantū ad directam hypothecariam in qua
illud eſt neceſſarium hic quātum ad vtilē:ſi ergo creditoꝛ agēs
narrat rem fuiſſe in bonis debitoꝛis tempoꝛe obligationis vi-
detur intentaſſe directam:ideo non opoꝛtet ꝙ illud pꝛobet ⁊ ſi
pꝛobat ꝙ ſuperuenit poſt non obtineret:quia pꝛobaret in vti-
li quam non intentauit ⁊ ſuper qua non eſt facta litis conteſt.l.

nō potest videri.s̄.de iudi.Si vero narrat rem esse effectā ī bonis post obligationē:tunc censetur intentasse vtilem.ꝛ.d.probatio sibi proficeret ꝛ si probaret in directa qd̄ erat tp̄e obligationis succūberet:quia illam nō intētauit eadem ratione qua

8 s̄.facit.l.habebat.ſ.de insti. †Quid autem si dixit vtrū alternatiue qd̄ erat tunc vel superuenit post dico ꝙ reus potest excipere:ꝙ declarat super qua velit insistere: qꝛ videtur intentasse duas cōtrarias actiones ar.in.l.j.C.de fur.nisi incertitudo peruenisset ex facto rei.vt.l.j.§.qd̄ ait.quorum lega.sed si non exciperet procederet libellus.vt.l.fi.C.de anna.exce.ꝛ in quacunq̄

9 probaret obtineret.¶†Qualiter autē ꝓbabit rem fuisse in bonis vel esse incepisse post.rn̄deo siue probet debitorē habuisse directū dominiū siue vtile.vt.s̄.eo.tutor.§.fi.cū.l.seq.siue quasi dn̄ium vt titulū ꝛ bonā fidem. vt.d.l.si ab eo.ſ.de pign.siue ius pignoris.vt.l.grece.§.j.et.ti.ꝛ.s̄.proxi.§.nā per omnia ista potest aduocare rē a quolibet possessore idē si habebat vsumfructū qd̄ est ius in re.secus si aliā seruitutē predialem:qꝛ licet sit ius in re ꝑ cōfessoriā tn̄ que pro illo iure cōpetit nō pōt aduocare rem a possessore.sed illā tm̄ seruitutē. ideo ratione huius iuris realis nō posset rem obligare:ad qd̄ facit qd̄ habet subtiliter in.l.meuius.§.si fundo.de leg.ij.ꝛ in quolibet predictorū casuum quibus dixi ipsum posse obligare si tale ius habebat tēpore obligationis cōpetit directa hypothecaria : tn̄ si superuenit post cōpetit vtilis:si aūt nullū ius in re habebat sed solā possessionem:tunc aut agit contra ipsum debitorem et sufficit ꝙ narret ipsum habuisse ius in re tēpore obligationis nec habet necesse hoc probare:qꝛ nō pōt referre questionē in ↄtrariū quinimo nec habet necesse ꝓbare possessionē tēpore obligationis:sed tp̄e quo agit sic.qꝛ si nō possideret tūc nō dicit̄ cōtra eū hypothecaria que est in rem actio ꝛ presupponit aduersarium possessorē.si autē agit cōtra tertiū possessorē quidā distinguūt an habet causam a debitore.ꝛ idem quia non debet esse melioris cōditionis ꝙ̄ eius autor.arg.in.l.fi.§.j.ad velle.an non habet causam:et tūc habet necesse probare rem fuisse in bonis debitoris aliquo ex predictis modis:vel tēpore obligationis indirecta vel postea inutilis al's succumbat. Barto.primū dictū quādo habet causam reprehēdit:qꝛ illud attēditur quādo ipse ageret vt nō fiat melioris cōditionis ꝙ̄ eius autor:nō sic quando ipse cōuenitur.l.an vitiū.de diuer. ꝛ tēp.prescrip.ꝛ sic indistincte ꝙ sit necesse probare rem fuisse in bonis qn̄ agit̄ contra tertiū breuiter dictū suū puto verū quādo possessor nō allegaret ad sui defensionē se habere titulum a debitore vnde nec creditor hoc allegare posset ad victoriam suā si autem ipse possessor allegaret puta dicendo se emisse a tali q obligauerat agēti. dico primam opi.veriorem ꝛ ꝙ hoc solū sufficit quādo videtur fateri rem fuisse in bonis illius ex quo ab eo habuit tanꝙ̄ esset in bonis eius:ꝛ sic videtur ꝙ idē in debitore ꝛ istud fuit de mēte Spec.in titu.de oblig.ꝛ sol.§.j.ver.sed pone hoc.tamen si eiꝰ titulus precederet obligationem pignoris. al's non sufficeret ad obtinendum in hypothecariā:sed in saluiano interdicto sic: vt no.glo.C.de salui.interdic.l.j.ꝛ si dicatur: fatuus est qui intentat hypothecariā ī qua difficilis est probatio ex quo potest intentare saluianum interdictū in quo est facilis.s.probare solā possessionē tp̄e obligationis:rn̄det ꝙ hypothecariā pōt intētare si erat in bonis debitoris tp̄e obligationis:licet nō possideret.poterat em̄ rem suā obligare:licet alius possideret. sed in saluiano interdicto vt quis possit obtinere necesse est probare ꝙ debitor possidebat ꝛ forte nō potest probare:quia nō possidebat:sed potest probare ꝙ erat in bonis. vnde iste actiones

10 nō sunt superflue†si ergo dicat in libello ꝙ erat in bonis:ꝛ nō dicat ꝙ possidere videtur intētasse hypothecariam tantū si dixit ꝙ possidebat tēpore obligationis ꝛ non dixit ꝙ esset in bonis videtur intentasse saluianū interdictū tm̄ qd̄ est adipiscende possessionis ꝛ sufficiat probare possessionē.si dicat vtrumq̄ qd̄ erat in bonis tenebatur per eū tanꝙ̄ res sua videtur intentasse vtrū ꝛ procedit libellus.quia nō sunt cōtraria.nam petitoriū potest intētari simul cū possessorio adipiscende : vt in.c. pastoralis.de causa pos.ꝛ ꝑprie.ꝛ.l.cum fundum.§.fi.de vi ꝛ vi ar.ꝛ hoc dico ꝙ licet nō probet rem fuisse in bonis.ꝛ sic nō probet in hypothecaria:si tn̄ probet ipsum possedisse tp̄e obligationis obtinebit in saluiano interdicto:ꝛ ita semel cōsului in ciuitate Pistorij:licet cōmuniter ꝓcuratores ꝛ aduocati nō subtiliter cōsiderātes videant̄ tenere hoc ꝑ expedito ꝙ talis agēs debeat succūbere quod mihi nō videtur ratione predicta: tenementi. quia est de pane lucrando:ꝛ multos processus sustinebis:ꝛ ista sunt verissima ꝛ iste passus est quotidianus.cōsidera semper verba libelli an sit deductū saluianū interdictū. nam licet dixerit rem sibi obligatam ꝛ rem fuisse in bonis ꝛ non pro-

11 pterea minus videt̄ deductū interdictū saluianū.†nā ꝛ ille qui agit saluiano dicit rem sibi obligatam ꝛ si aliud diceret seipm excluderet cū nō detur nisi pro re obligata ꝛ non pōt dici obligata nisi fuisset in bonis:tamen non habet necesse hoc probare:sed sufficit ꝙ alleget ꝛ probet solam possessionē qd̄ sufficit: vt obtineat in hoc possessorio.ꝛ isto modo potest saluari glo.q̄ est in.l.cū res.C.que res pig.oblig.pos.que tenet sufficere agenti probare solam possessionem que glo.cōmuniter reprobatur sed potest saluari modo quo dixi.Cetera vide per Bar.qui nō declarat ita bene nec subtiliter.

2 ☞Creditor si vendidit pignus plus ꝙ̄ sibi debebatur et habuit fidem de pretio.ꝛ an quando debitor teneatur recipere cessionem a creditore pro eo pluri contra emptorem.

1 Creditor.†Si creditor vendidit rem pignoratā plus ꝙ̄ sibi debeat̄ tenet̄ ad restitutionē residui nec audiet̄ si velit emptorem delegare.h.d.oppo.de.l.elegāter.§.si vendiderit.s̄.eo.vbi videtur dici directe cōtrariū ꝙ creditor nō cōpellitur soluere si fidē habēt de pretio imo potest se liberare cedēdo actionem cōtra emptorē glo.ponit hic quinq̄ vel sex solutiōes

2 ꝛ quelibet est bona in se†vnde recollige distinctionē talem ꝙ aut creditor recepit pretium ꝛ tenetur precise pretiū soluere vt in hac.l.ſm primā solu.glo.aut nō recepit sed fidē de pretio habuerat ꝛ tunc aut debitor est paratus expectare diem solutionis ꝛ non cogitur recipere cessionem vt hic ſm secundā solutionem.aut nō vult expectare diem:sed vult statim sibi solui.ꝛ tūc creditor vult emptorē delegare et non cogitur debitor delegationē recipere. vt hic in.iij.solutione glo.qꝛ per eā liberaretur creditor itemq̄ venditor.vt.l.j.C.de noua.ꝛ debitor non cogitur ipsum liberare quousq̄ sit sibi solutū aut ipse creditor vult credere vel mandare actionem contra emptorem per quā cessionem nō liberatur:quominus ad ipsum rediri possit si ille reperiatur nō soluēdo ꝛ tunc aut ipse fuit in culpa in habendo fidē de pretio ꝛ tunc cogitur debitor recipere cessionē:vt hic ſm quartam solutionē:aut nō fuit in culpa ꝛ tunc aut creditor nō vult cedere suo piculo ꝛ idē vt hic in quinta solutione.aut vult cedere suo periculo:ꝛ tunc tenetur debitor cessionem recipere. ꝛ ita loquitur contrariū ꝛ sic ille.§.recipit plures limitationes que colliguntur ex solutionibus huius glo.ꝛ no.predictam distinctionem vtilem ꝛ substantialem.

1 Pignori fundum.†Pignoratitia directa ꝑ damnis ꝛ interesse competit etiam ante solutum debitū:pro restitutione rei nō.h.d.¶Et no.limitationē ad.l.si rem.§.omnes.s̄.eo.circa finē ibi pignoratitia agere.s.pro recuperatione rei non pro dānis ꝛ interesse ad que non tenetur creditor si non data opera instrumentū nō restituit:sed quia non potuit si autem data opera tunc tenetur ad damnum ꝛ interesse ad quod potest agi pignoratitia etiam non soluto debito vt sequitur.

2 ☞Magistratus vel resp.pro aliqua executione fiēda potest recipere res priuatorū inuitis dominis vt aīal pro mittēdo aliquē ad iustitiam vel annonam ad exercitum.

1 Titius pecuniam.†Damnum datum autoritate curie ad creditorem qui non deprehenditur in

2 culpa non pertinet.h.d.allegatur iste text.†ꝙ magistratus vel respublica pro aliqua executione fienda potest recipere res priuatorum inuitis dominis vt animal pro mittendo aliquem ad iustitiam vel pro mittēdo annonam ad exercitum.vt hic patet dum dicit missus ex officio annuo.

¶De exercitoria. Rubrica.

1 ☞Obligatio qua quis obligatur ꝑ suū factorē vel eius filiū: vel seruū dr̄ accessoria.qꝛ principaliter obligatur ipse factor filius vel seruus secūdario ipse dn̄s ex dictis pretoris.

¶In isto titu.ꝛ quasi in omnibus sequentibus huius libri:et etiam in sequentibus tractatur de illis qui per alios obligan-

1 tur:puta per factores eorū filios vel seruos eorū†que obligatio dicitur accessoria.qꝛ principaliter obligatur ipse factor filiꝰ vel seruus cōtrahentes:secūdario ipse dn̄s:ꝛ prima obligatio potest esse ciuilis ꝛ pretoria ſm naturam contractuum.sed ista accessoria semper est pretoria:quia de iure ciuili nō obligatur ille cū quo non est contractum. sed obligatur ex edictis pretorum.ꝛ ideo glos.hic in rubrica dicit ꝙ est accessoria.

1 ☞Habēs nauē propriam vel conductā cū qua negotiatur si preponit aliquē illi naui ꝛ negotiationi ꝛ dat coadiutores preponens dicitur exercitor prepositus dicit̄ magister vel factor.

2 Inter ipsum magistrum ꝛ preponentem ꝙ contrahatur contractus locationis.

3 Quare ex cōtractibus celebratis per magistrū obligetur exercitor qui eum preposuit.

4 Prepositus negotiatiōi terrestri vocatur institor ex cuius cōtractibus

tractibus obligatur preponens.
5 Ubi periculū est in mora vel in actibus qui non recipiunt dilationē si quis gerat tales actus in loco vbi nō est copia peritoꝝ facilius sibi subuenitur si errauit in iure.
6 Potestas non tenetur ex contractibus familie sue: sed ex delictis cōmissis in officio sic.
7 Ex contractibus celebratis per famulos apothece quibus nō est cōmissa tota administratio: si sunt positi tanq̄ coadiutores nō tenetur preponēs. secus quando cum principali institore.

1 Utilitatem. †Premitte qd̄ si aliquis habens nauem propriam vel conductam cum qua negotiatur preponit aliquem illi naui ꝛ negotiatiōi ꝛ dat coadiutores ille preponens dicitur exercitor. ꝛ ad ipsum pertinet omne lucrum: vt. ī. ea. l. §. exercitorem. prepositus autē dicitur magister in vulgari dicitur
2 factor: cū quo contrahentes negotiantur † ꝛ inter ipsum ꝛ preponentem contrahitur contractus locationis: quia locat operas suas. ministri vero dicuntur naute anteq̄ autē esset factū edictum pretoris si aliqui contrahebāt cū dicto magistro: ipse solus magister obligabatur: non exercitor cuius forte contemplatione contraxerunt qui credebāt ꝙ ille magister esset principalis dominus: vnde remanebāt decepti: quia ille magister remouebatur ꝛ recedebat ꝛ ipsi non habebant quem conuenirent propter quod impediebatur negotiatio: quia multi retrahebant se a contrahēdo volentes inuestigare de qualitate persone an esset principalis dominus vel nō. ꝛ tempus ꝛ locus nō
3 patiebantur. † ꝛ propter hoc fuit prouisum per pretorē per suū edictum: vt ex talibus contractibus obligaretur exercitor: et sic non habet inuestigare de conditione persone. nam etiam si credunt illum esse principalem dominum ꝛ si nō credant obligari nisi solum ipsum nihilominus obligatur exercitor et fuit hoc expediens. vt dicitur in prin. huius. l. sicut in contractibus
4 celebratis cum illo † qui prepositus est negotiationi terrestri q̄ vocatur institor. nam obligatur preponēs fortius hic. nam ibi locus ꝛ tempus patitur ꝙ de conditione eius possit informari: hic non propter rationes quas ponit hic gloss. ideo fuit succurrendum. ¶No. illa verba posita hic in fi. in prin. locus tempus nō patitur: quia semper allegantur. ꝛ facit in ar. ꝰm Guil.
5 † ꝙ vbi periculum est in mora vel in actibus qui non recipiunt dilationem si quis gerat tales actus in loco vbi non est copia peritorum facilius sibi subuenitur si errauit in iure q̄ ī alio lo
6 co. † Item no. in. §. j. ar. ꝙ potestas non tenetur ex contracti-
a bus familie sue. sed ex delictis cōmissis in officio sic.[a] de hoc vi
7 de per Bart. in. l. j. §. familie. de publi. ¶ † Item no. argu. ꝙ ex contractibus celebratis per famulos apothece quibus non est cōmissa tota administratio si sunt positi tanq̄ coadiutores nō teneatur preponens secus quando cum principali institore. de hoc. ī. de insti. l. fi.

2 ☞Substitutꝰ a generali administratore vel procuratore ad negotia dicitur substitutus a principali domino: quando ipso sciente ꝛ patiente substitutus est: al's non.
3 Si aliquis sciente ꝛ patiente superiore exerceat officium tanq̄ locūtenens eius: licet non appareat ꝙ fuerit deputatus ad illud valent gesta coram eo.
4 Si aliquis cognoscit de aliqua causa tanq̄ delegatus sciente ꝛ patiente ordinario. videtur ordinarius eum delegare.
5 Agens tanq̄ procurator meus me sciente ꝛ patiente an videatur habere mandatum a me vt sententia lata contra eum mihi preiudicet.
6 Prepositus negotiationi nauali potest aliū substituere inuito dn̄o. secus in institore preposito negotiationi terrestri.

1 Magistrum. † No. hic ꝙ isti generales administratores vel procuratores ad negotia possunt aliū substituere etiam sine speciali mandato nō sic in procuratore ad lites qui nō potest ante lit. contest. sine speciali mandato: vt. l. cū quis. de procura. ꝛ adde. l. si procuratorē.
2 §. j. man. ¶ † Itē no. ꝙ substitutus a talibus dr̄ substitutus a principali dn̄o: quādo ipso sciente ꝛ patiēte substitutus est al's nō ab ipso sed a substitutis tantū censetur habere mandatum.
3 ¶ † Tertio no. ꝰm Guil. ꝙ si aliquis sciente ꝛ patiēte superiore exerceat officiū tanq̄ locūtenens eius licet non appareat de locūtenentia. i. ꝙ fuerit deputatus ad illud. valēt gesta coram
4 eo quia tacite videtur eū imposuisse. facit. ī. qd̄ cū eo. l. fi. † ꝛ idē si aliquis tanq̄ delegatus ab ordinario ipso sciente ꝛ patiente de aliqua causa cognosceret. nam eoipso videtur eū delegare.
5 † Facit ꝙ si aliquis agat tanq̄ procurator meus me sciēte ꝛ patiente videor sibi mandatū dedisse ꝛ sic sententia lata contra eū mihi nocebit. licet de alio mādato non appareat. ꝛ videtur voluisse Innocē. in. c. ex parte decani. de rescrip. ꝛ Barto. videtur aliter dicere in. l. j. in fin. ī. de re iudi. ꝛ vide quod not. Barto. in
6 l. falsus. C. de fur. ¶ † Ultimo not. casum specialem in quo factor vel procurator meus potest aliquem substituere me inuito
b hoc propter periculum[b] quod est in mora. et hoc ne decipiantur contrahentes qui non habuerunt tempus inuestigādi al's secus. et ideo ꝰm Guil. hoc non habet locum in institore preposito negotiationi terrestri: quia ibi contrahentes habent tempus inuestigandi. qd̄ etiam tenet Bal. C. eo. super rubrica.

2 ☞Prepositus negotiationi si ꝯtrahat extra causam ad quā fuit prepositus quando obligetur preponens.
3 Si inter duos mercatores fit contracta societas vsq̄ ad quinquennium ꝙ ex contractibus celebratis cum altero ipsorum finito quinquennio alter nō teneatur: secus si fuisset societas cōtracta simpliciter.
4 Prepositus negotiationi si contrahit in causa in qua fuit prepositus expresse vel tacite si pecunia non fuit in illā causam cōuersa quando non teneatur exercitor.
5 Testator si mandauit distribui bona sua inter pauperes quod illa que sunt distributa illis qui seruiunt pauperibus dicātur distributa inter pauperes.
6 Expensa facta in nautis dicitur facta in vtilitatem domini seu nauis.
7 Abbas si recepit pecuniam pro induendis monachis: postea non induit sed sibi imbursauit: an eo mortuo teneatur ecclesia.

1 Non autem. † In isto. §. ponuntur due regule. vna negatiua ꝙ si aliquis contrahat cū magistro extra causam ad quam fuit prepositus expresse vel tacite non obligatur exercitor: ꝛ plura exempla ponit. ī. in ver. igitur. licet ergo contrahentes non habeant inuestigare de conditione persone cum qua contrahunt an sit principalis dominus vel factor alterius: vt in prin. bene tamen habent inuestigare an ad istum contractum habeat mandatum vel non: al's eis imputatur: vt. l. qui cum alio. de regu. iur. ꝛ per hoc semel defendebam quēdam mercatorem Uenetum qui habebat quendam institorem Bononie qui institor recepit mutuum a quodam vt solueret legato qui tunc erat: et ille mutuans fecit
2 capi dictum Uenetum cum veniret † Bononiam. certe non tenebatur: quia ad dictum mutuum recipiendum non fuit prepositus tacite vel expresse: cum illa pecunia non fuerit conuersa in vtilitatem suam. al's secus: vt si pro saluādo merces illius que fuissent ablate per superiorem: nisi soluissent: tunc bene teneretur: quia censetur ad hoc habuisse mandatum tacitum: et
3 etiam hic colligitur. Item al's consului † Florentie cū duo mercatores fecissent societatem vsq̄ ad quinquennium ꝙ ex cōtractibus celebratis cum altero ipsorum finito quinquennio non tenebatur alter: licet contrahentes ignorarent finitam esse societatem: quia debuerunt informari: secus si fuisset contractus simpliciter: quia tunc teneretur. licet postea esset dissoluta: nisi fecisset proclamari ꝛ notificari omnibus ꝙ erat dissoluta. et sic loquitur. ī. de instito. sed ꝛ si pupillus. §. j. quasi omnes docto.
4 Italie se subscripserunt. quia erat questio ardua. † Alia regula est affirmatiua ꝙ quando contrahit in causa in qua fuit prepositus expresse vel tacite tenetur exercitor si in illam causam pecunia fuit conuersa vel aliter appareat. Si vero nō fuit conuersa tunc aut dicit se in illam causam recipere ꝛ postea fidē fefellit idem quia hoc debet magis nocere preponenti q̄ contrahentibus: aut hoc non dicit: ꝛ tunc aut concurrētibus his duobus: quia nec dixit: nec conuertit ꝛ non tenetur preponēs. h. d. vsq̄ ad. l. si plures in effectu. ꝛ vide quod not. Bar. in. l. ciuitas ī. si cer. peta. ꝛ Azo. hic in summa qui declarat ꝛ no. hoc ar. ꝰm
5 † Oldra. ꝛ si testator mandauit distribui bona sua inter paupe
c res ꝙ illa que sunt distributa in illos qui seruiunt[c] pauperibꝰ
6 dicuntur distributa inter pauperes. † sic hic expēsa facta ī nautis dicitur facta in vtilitatem domini seu nauis que sine nauta c
7 non poterat nauigare. ¶ † Facit etiam iste text. ꝙ si abbas recipit pecuniam pro induendis monachis postea nō induit: sed sibi pecuniam imbursauit ꝙ eo mortuo teneatur ecclesia. intellige tamen hec vera si cōcurrebāt alia de quibus. ī. eo. l. si oportebat indui eos vel nauis indigebat refectione et non fuit mutuatum vltra q̄ est necesse.

2 ☞Contrahentes non recusantur si ignorant cōditionē sub qua ille cum quo contraxerunt fuit appositus.
3 Statutum ꝙ ex contractu vnius de socijs mercatoribus teneantur alij: an habeat locum si aliqui contraxerunt societatem cum conditione ꝙ nullus eorum sine altero possit aliquid facere.
4 Quando plures sunt constituti in vno officio: an censeatur quilibet constitutus insolidum: vt in iurisditione pluribus tutoribus ꝛ curatoribus: ꝛ in pluribꝰ magistris prepositis negotiationi nauali.

a ¶Sic. Qualiter teneatur officialis ꝓ delictis familie sue. vide per Pari. d̄ pu. plene ī tract. suo de simili. offici.

b ¶Periculum. Ratione periculi ꝙ possit esse ī mora iudex incō petēs examinat testes ad eternā rei memoriam: vt per Frāc. are. consi. xlvj.

c ¶Seruiunt. vide eius consi. xj.

5 Quid in pluribus executoribus vltime voluntatis remis.
6 Quãdo agitur ꝙ aliquis administrator sine alio vel cõsilio alicuius nihil possit agere an hoc restringat eius potestatem.
7 Si cõsilium eius qui debet cõsilium dare sit malũ:an teneatur consulens ⁊ quid si non vult illud dare remis.
8 Consultor requisitus si recusat dare consilium ⁊ postea vult illud dare an debeat expectari remis.
9 Qñ inter plures sunt diuisa officia ĩ eo qđ est cõmissum vni alter habetur tanꝗ priuatus acsi non esset officialis.

a ¶Teneant̃ alij Adde qđ voluit Pet. de ancha. ei⁹ cõsi.ccclxxxiij.

1 **Si plures.** †Si sint plures magistri in eadẽ naui simpliciter constituti quilibet censetur constitutus insolidũ.⁊ ideo alter sine altero contrahendo obligat exercitorem insolidũ:sed si diuisa sint officia inter eos nullus eorũ obligat nisi in officio sibi cõmisso. Item si non simpliciter sint cõstituti. sed cũ conditione ꝙ alter sine altero gerere nõ possit nullus de per se obligat:sed omnes simul.h.d.iste.§. not.quẽ Bar.solenniter repetijt.⁊ multa bona hic tractat.⁊ habet tria dicta.primũ quando simpliciter fuerũt constituti non diuersis officijs nec apposita aliqua cõditione vsq₃.ibi ⁊ si diuisim.secundũ quando officia fuerũt diuisa:quia vnus negotiationi salis:alter negotiationi frumenti vsq₃ ibi:sed ⁊ finali.tertium quãdo apposita conditione.⁊ istud tertiũ dictũ potest referri tam ad primũ casum ꝙ ad secundũ:quia vtrũq₃ potest re
2 stringere.¶†Et no.ex ista vltimo dicto ꝙ non excusantur coherẽtes si ignorant conditionẽ sub qua ille cũ quo contraxerũt
3 fuit appositus.qđ facit ad ea que dixi in.§.precedẽti.¶†Et sic est ar.si statutũ dicat ꝙ ex contractu vnius de socijs mercatori
a bus teneãtur alij[a] ⁊ aliqui contraxerunt societatem cũ conditione ꝙ nullus eorũ sine altero possit aliquid facere ꝙ tũc non habet locum statutũ.⁊ si non fuit seruata forma conuentionis: quia alter sine altero contraxit quasi statutum debeat intelligi eo casu quo societas fuit simpliciter contracta: nec excusantur contrahentes si ignorant dictã cõditionẽ. istud tamen videtur iniquũ:quia sic poterunt fraudare statutũ.vide quod no.Bal.
4 C.eo.sup rubri.†in hoc.§.duo sunt principaliter vidẽda.Primũ est quando plures sunt constituti in vno officio an censeatur quilibet cõstitutus insolidũ:vt sic quilibet per se ⁊ sine alio possit actũ gerere ad quod tendit primus casus huius.§.et in hoc est dicendũ ꝙ sic duobus concurrentibus:scilicet ꝙ administratio cõmissa sit vniuersalis. Item ꝙ sit ordinaria ⁊ altero deficiente secus.pone exemplũ in administratione publica autoritate ⁊ vtilitate: vt est iurisditio.nã si sunt plures iudices ordinarij in eodẽ tribunali quilibet habet iurisditionẽ ⁊ exercitium insolidũ:vt in.l.j.§.de offic.cõsul.⁊ hoc quando sunt plures vt singuli secus si vt plures vel vniuersi puta plures cõsules vel anciani in vno officio:quia nõ nisi omẽs simul possunt actũ gerere:vt.l.magistratus.ff.ad municip.vide de hoc per canonistas.in.c.prudẽtiã.de offi.deleg. Itẽ pone exemplũ in administratione publica autoritate vel vtilitate priuata:vt in tutela ⁊ cura.quilibet enim ex pluribus tutorib⁹ ⁊ curatorib⁹ cẽ
b setur habere officiũ insolidũ[b] vt hic in.ij.glo. ⁊.l.ij.ff.de admi. tuto. Item in administratione priuata autoritate ⁊ vtilitate vt in pluribus magistris prepositis negotiationi nauali.est enim vniuersalis administratio:vt hic.idem in pluribus institorib⁹ prepositis vni apothece si vero nõ est vniuersalis vel nõ est ordinaria.tũc secus vt in pluribus delegatis ad vnã causam quotũ alter sine altero nihil potest:vt.l.duo.ff.de iudi.vt in plurib⁹ actoribus institutis ab vno tutore: ⁊ in pluribus procuratoribus:quorũ neuter censetur insolidũ cõstitutus nisi sit expresse dictum:vt in.d.c.si duo.de procura.in.vj.⁊ not.in.l.pluribus. de procura.etiã si habent mãdatũ generale:vt habetur in.c.pe
5 titio.de pcur.nã aliud est vniuersale aliud generale.¶†Quid autẽ in pluribus executoribus vltime volũtatis.dic vt in.c.si. de testa.lib.vj.⁊ plene per Bald.in.l.nulli.C.de episco.et cleri.
6 †Secũdo est videndũ quãdo agitur ꝙ aliquis administrator sine alio nihil possit agere an hoc habeat eius potestatẽ restringere si nõ appositis his verbis posset gerere:⁊ in hoc est dicendũ ꝙ aut fuerũt constituti plures in eodẽ officio cũ hac clausula ꝙ alter sine altero nihil possit.⁊ tũc habẽtur loco vnius ⁊ sic alter sine altero nõ potest vt in vltimo casu huius.§.cũ glo.aut fuit positus vnus vel plures ĩ vno officio cũ hac clausula ꝙ nihil possint facere sine cõsilio talis qui nõ erat deputatus ad idẽ officium.⁊ tũc aut nec poterat deputari ⁊ tũc illa verba nõ habent restringere:⁊ sic potest requirere de benignitate si vult sed non tenetur.⁊ iste est casus in.l.quidã decedens.§.papi.de ad mi.tuto.allegata in glo.pro contraria aut nõ erant tamen poterant esse ⁊ tunc aut illud officiũ cõcedebatur ab homine qui constituit non autẽ a lege:⁊ tunc tale consiliũ est adhibendum de necessitate:al's non valeret actus.sic intelligunt docto.in.l. idemq₃.§.fi.ff.eo.manda.aut potestas officij potius habetur a lege ꝙ ab homine:vt est potestas tutoris.licet enĩ testator possit tutorem dare idest nominare: potestas tamen quam tutor habet datur a lege.ideo dicitur publica autoritate:⁊ tunc si talis restrictio sit ab ipsa lege:que dat potestatẽ valet ⁊ est seruanda.vt.l.impuberib⁹.ff.de excu.tu. Si vero ab homine:tũc aut ille cuius consiliũ est requirendũ erat in eodem officio ⁊ debet de necessitate requiri aut nõ.⁊ tunc secus.vt.l.titium ⁊ meuiũ. de auto.tu.in prin.⁊ isti passus terminãtur hic per Bart.⁊ vlterius se extendit eo casu quo consiliũ alterius est requirẽdum
7 vtrum teneatur requirẽs illud sequi.†Item quid si dedit malum cõsilium an teneatur cõsulens. Item quid si non vult dare. Item quãdo sentẽtia est ferẽda de cõsilio sapiẽtis format ꝙ plures questiones.de quibus vide in addi.Spe.de requisitione cõsilij.⁊ in tit.de instru.edit.§.nunc vero aliqua.in addi.que incipit Iaco.de are.⁊ qđ not.per canonistas modernos in.c.si
8 pro debilitate.de offi.dele.per Inno.†⁊ quid si ille cõsultor requisitus recusat dare consiliũ postea penitet ⁊ vult dare an debeat expectari.vide qđ no.in.c.si pro te.de rescript.lib.vj.in no
9 uella.¶†Ultimo no.ex secundo dicto ꝙ quando inter plures sunt diuisa officia in eo qđ est cõmissum vni alteri cui nõ est cõmissum habetur tanꝗ priuat⁹ acsi non esset officialis.adde qđ plene no.in.l.j.C.de transac.

b ¶Insolidũ.vide Bal.in.l.cum magistra.C.quãdo prouo.nõ est neces.⁊ in aut.§ amplius.C.de si deicõ.⁊ in.l.fi.C. cõmunia de leg. Bal.cõsil.clv.ij. lib.

c ¶In contrariũ Adde ꝙ hoc dictũ Pau.sequitur Sozi.consil. incip.dñs labia mea aperiat presens cõsultatio.

2 ¶Actio que datur contra exercitorẽ potest dici datiua: sed illa que datur in magistrum est natiua.
3 Exercitor nõ potest ex contractu magistri nisi cessa actione vel in subsidium agere vel nisi magister sit in potestate exercitoris vel periculũ sit in mora ⁊ magister nõ sit presens.⁊ nu.5.
4 Factores moderni mercatorum an teneantur ex contractibus quos gerunt.

1 **Exercitorem.** †Ex cõtractu magistri non solũ tenetur exercitor actione pretoria ⁊ accessoria ex isto edicto:sed etiã ipse magister actione principali ex cõtractu ⁊ põt cõtrahẽs eligere quẽ vult sed ex cõtractu magistri nõ potest exercitor agere sine cessione nisi in subsi
2 diũ illo absente vel nõ cedente.h.d.¶†No.ꝙ actio que dat̃ cõtra exercitorẽ põt dici datiua ⁊ pretoria:q2 nõ oritur ex cõtractu celebrato secũ sed propter contractũ celebratũ cũ magistro datur a pretore in exercitorẽ.⁊ illa ꝗ datur in magistrũ est ciuilis ⁊ natiua:q2 oritur ex cõtractu.¶In tex.ibi.q2 nõ eodẽ auxilio indigebat.nã hic auxilium emanauit in fauorẽ cõtrahentium cũ magistro:q2 habẽt tẽpus ad inuestigandũ de cõditione magistri an sit principalis dñs vel magister an factor alien⁹.vt in prin.l.nõ autẽ emanauit in fauorẽ exercitoris qui habuit tempus ad deliberandũ de cõditione magistri: vnde sibi imputat
3 si eligit malũ.vt.ff.ea.l.ver.vnde querit ꝯfilius.ĩ fi.¶†In tex. ibi:mãdati agere potest.s.contra magistrũ vt ibi cedat actionẽ cõtra illos cũ quibus cõtraxit:puta vẽdidit merces ⁊ non recepit pretiũ ⁊ si magister nõ est presens ⁊ periculũ est in mora poterit agere sine cessione de equitate vtili actione.⁊ hoc est quod sequitur:plane solẽt ⁊c.⁊ probatur.ff.de insti.l.j.in fi.cũ.l.seq. et per istũ tex.anno hoc de facto respõdi cũ quidã hebreus habi
4 tãs †Uenetijs deputasset quendã aliũ hebreum in terra Pesauri ad faciendũ prestum vsurarũ.⁊ ille preposit⁹ recepit plura pignora a quodam milite:⁊ postea remotus fuit ab officio: miles agebat cõtra eũ pro suis pignorib⁹ ⁊ nolebat soluere.ille dicebat se nõ teneri:q2 cõtraxit tanꝗ factor alienus ⁊ factoria erat finita:videbat̃ ꝙ bene diceret p.l.fi.ff.de instito. vbi videtur casus.¶Itẽ per id qđ no.Ange.in.l.ea.de duo.reis.vbi dicit ꝙ factores moderni mercator nõ tenẽtur ex cõtractibus
c quos gerũt.ego dixi ꝙ hic erat casus in cõtrariũ[c] maxime post ꝙ fuit prepositus ab absente:q2 cõtrahẽtes nõ habuerũt respectũ ad preponentẽ sed prepositũ cũ quo cõtrahebãt.ar.in.l.eũ qui.C.si cer.pe. ¶Nec obstat.l.fi.ff.de instito.quia ibi nõ fuerũt verba obligatoria:sed enũtiatiua.⁊ ita sentit hic Bart.¶Nec ob.dictum Ange.q2 potest procedere in factoribus:q2 sunt potius nostri ꝙ habeant administrationem sicut etiam hic dicitur in naui:ex quo cõtractu nõ tenetur exercitor. vt.§.ea.l.§.j.
5 †Quod autẽ dixi exercitorem agere nõ posse ex cõtractu magistri nisi actione cessa vel in subsidium procedit nisi magister sit in potestate exercitoris vt filius vel seruus: tũc etiam acquiret actiones etiam si esset magister alterius.vt.ff.eo.l.si cũ.quas tenetur cedere illi cuius esset magister.vt ibi habet̃.fortius quãdo est magister proprius patris vel domini.

2 ¶Quando filius vel seruus ex rebus peculiaribus exercet aliquam negotiationem naualem tunc pater vel dominus cõsentiens tenetur exercitoria ⁊ sic insolidum.
3 Si vero patre vel domino non consentiẽte sed sciente ⁊ patiente siue etiam cõsentiente ⁊ exerceat fili⁹ vel seruus negotiationem terrestrem.dabitur in patrem vel dominum tributoria.⁊ inquantum detur.⁊ nu.2.

Si vero

4 Si vero patre vel dño ignorantibus: tũc datur in eos actio de
peculio: ⁊ pater vel dominus deducit quod sibi debet̃ vsqꝫ ad
vires peculij.
5 Actio quod iussu oritur qñ pater vel dñs consensit in aliquo con-
tractu speciali qui fit a filio vel seruo.
6 In exorbitantibus a iure: non debemus recedere a verbis le-
gis vel statuti.

1 **Si is qui.** †Si filius vel seruus nauẽ exerceat volũ
tate patris vel dñi ex contractibus gestis
cum eius magistro datur hec actio in patrẽ vel dñm. h. d. licet
ipsi non sint exercitores sed filius vel seruus. hoc primo. sed si fi
lius vel seruus exerceat negotiationẽ terrestrem etiã patre vel
dño consentiente: tunc ex cõtractibus sui institoris nõ datur ꝯ
patrẽ vel dñm institoria actio insolidũ: sed actio tributoria: q̃
non est ita plena sicut institoria vel exercitoria. hoc secũdo. ideꝫ
in exercente negotiationẽ naualem: nõ tñ patre vel dño consen
tiente: sꝫ ipsis scientibus ⁊ patientibus: vt det̃ actio tributoria
hoc tertio. si vo ipsis ignorantibus tunc datur actio de peculio
que adhuc est minus plena. h. d. in effectu vsqꝫ ad. §. hec actio. ⁊
est valde difficilis ⁊ pauci intelligunt nec etiã videt̃ gl. habuis
se bonum intellectum vt patebit ex sequentibus. ⁊ diuide quia
primo ponit vnũ dictũ. secundo illud limitat vsqꝫ ibi. ideo aũt
tertio. Tertio rñdet cuidã obiectioni: que posset fieri vsqꝫ ibi sꝫ
si scienter. quarto declarat vnũ dubium vsqꝫ ibi: in potestate.
quinto declarat quedam alia dubia. ⁊ premitto: ꝙ si pater vel
dñs incepit vel inuenit negotiationẽ naualẽ ⁊ eideꝫ preposuit
filium vel seruum: tũc ipse pater vel dñs dicitur exercitor: fili⁹
vel seruus dicitur magister: ⁊ tunc non est dubiũ ꝙ ex contra-
ctibus celebratis cuꝫ magistro detur hec actio insolidum con
tra patrẽ vel dñm sicut si preposuisset quendam extraneũ vt in
toto isto tit. ⁊ de isto casu non loquitur hic. Interdum pater vł
dñs non inuenit sed cõcessit filio vel seruo peculium ⁊ ipse fili⁹
vel seruus incepit vel inuenit ⁊ quẽdam magistrũ naui prepo-
suit ⁊ tunc est dubiũ an hec actio detur contra patrẽ vel dñꝫ ex
contractibus celebratis cum illo magistro. nã edictum pretoris
loquitur de exercitore: sed ipse pater vel dñs tũc non est exerci
tor sed filius vel seruus. breuiter contrariũ respondet̃: si patre
vel dño consentiente filius vel seruus exercebat talẽ negotia-
2 tionem. ⁊ in hoc extenditur edictum pretoris. ¶ †Sed contra
hoc oppo. ꝙ imo nõ dicitur exercitoria sed tributoria q̃ est mi-
nus plena. nam qñ filius vel seruus in reb⁹ peculiaribus exer-
cet aliquã negotiationem patre vel dño consentiente vel patiẽ
te datur in patrem tributoria vel in dñm. vt. j. de tribu. per to-
tum. que non dicitur insolidum: sed quasi insolidum. eo q̄ dat̃
vsqꝫ ad vires peculij: ⁊ sic nõ insolidũ: tñ pater vel dñs in mer-
cibus peculiarib⁹ in quibus negotiat̃ nõ hꝫ priuilegiũ vt pos-
set ante oĩa deducere qđ sibi debet̃ a filio vel seruo sed vocatur
in tributũ vna cum alijs pro rata. vt. j. de tribu. per totum. li
cet secus sit in actione de peculio in qua pater vel dñs hꝫ priui
legium deducendi. vt. l. sed si damnũ. §. j. de pecu. ⁊ propter hoc
actio tributoria dicitur esse quasi insolidum: ad hoc rñdet iu-
riscõ. ꝙ illud procedit qñ exercent terrestreꝫ negotiationẽ nos
loquimur quando naualem in qua maior versat̃ vtilitas publi
ca. ⁊ ideo pinguius fuit prouidendum cõtrahentibus vt licet
ipse pater vł dñs negotiationẽ nõ exerceat nec inuenerit sꝫ ipe
filius vel seruus in rebus peculiaribus: ipso tñ volente detur
3 hec actio insolidũ cõtra eũ. ¶ †Sed circa hoc querit̃ in ver. sꝫ
si sciente. qđ si pater vel dñs expresse nõ cõsensit sed sciuit ⁊ pas
sus est an idẽ erit. ⁊ rñdet̃ ꝙ non q̄ edictũ pretoris loquitur de
patre vel dño consentiente. sed aliud est consentire ⁊ aliud scire
pati: tunc ergo dabitur tributoria que est minus plena vt dixi
sed qñ exercet negotiationẽ terrestrẽ. tunc siue consentiat expſ-
se siue sciat ⁊ patiat̃ dat̃ tributoria tm̃. non aũt institoria que so
4 let dari ꝓ negotiatione terrestri ⁊ datur insolidũ sicut ista. †Si
vero ipsis ignorantibus tũc datur actio de peculio que adhuc
est minus plena: cum detur vsqꝫ ad vires peculij ⁊ pater vel do
minus habet priuilegium deducendi qđ sibi debetur vsqꝫ ad
vires peculij ⁊ hoc probatur in ver. ⁊ in potestate. lꝫ etiã Bart.
plura alia dicat. ¶ Ex predictis apparet ꝙ gl. nõ bene intelle-
xit dum dicit ꝓ hoc actio datur in patrẽ vel dominum in casu
huius. §. qñ affuit ipsorꝫ voluntas expressa vel tacita. nam si in
tellexit tacita eo ipso ꝙ sciuit ⁊ passus est non bene dicit. imo ꝯ
ver. sed si alio modo possit constare de voluntate ꝑ aliquas cõ-
iecturas: licet non expressisset posset gl. procedere. ¶ Oppo. et
5 videtur †ꝙ si pater vel dñs expresse cõsentiat detur cõtra ipm
actio ꝙ iussu. non aũt exercitoria vel tributoria vt. j. qđ iussu. ꝑ
totã glo. j. in fi. q̃ se inuoluit. Tu dic sm Mar. ⁊ Jac. but. ꝙ ille
tit. loquitur qñ pater vel dñs consensit in aliquo speciali cõtra
ctu q fit a filio vel seruo. si ergo vniuersali negotiatione tũc nõ
recurritur ad actionẽ qđ iussu. sed ad exercitoriam si est naua-
lis vt hic ⁊ ad tributoriam si est terrestris: si nõ ꝯsentit expresse
sed scit ⁊ patitur indistincte recurritur ad tributoriã siue sit na
ualis siue terrestris. vt hic in ver. sed si sciẽte. ¶ Et no. illũ text.
6 qui semper allegat̃ †ꝙ in exorbitantibus a iure non debemus
recedere a verbis legis vel statuti. nam exorbitat quando pa-
ter vel dñs teneatur insolidũ ex ꝯctu in quo spãliter nõ consen
sit sꝫ tollat̃ a iure ꝓpter cõsensum adhibitũ vniuersaliter in ne
gotiatione nauali ꝓpter publicã vtilitatẽ. debem⁹ ergo stare
verbis que loquuntur de cõsentiente. sed qui scire patit̃ nõ pro
prie cõsentit sed tenet mediũ: vt hic ⁊. j. de tribu. l. j. §. scientiaꝫ
⁊ ibi no. in gl. super verbo velle.

2 ☞ Actio exercitoria contra preponẽtẽ est datiua sꝫ cõtra ma
gistrum est natiua.
3 Hec actio ꝙ sit accessoria sꝫ illa qua tenet̃ magister sit pñcipa
lis ⁊ ꝙ isti teneant̃ tanq̃ principalis ⁊ fideiussor: nõ tanq̃ duo
rei debendi: ⁊ qs effectus ex hoc resultet.
4 Interruptio prescriptionis facta contra vnum puta exercito-
rem non censetur facta contra alterum puta magistrũ nec eꝯ.
5 Sñia absolutoria lata ꝓ exercitore non prodest magistro: ⁊ qđ
in iureiurando.
6 Solutio facta ab exercitore simpliciter censetur facta pro sua
obligatione tantum sed tollit obligationem magistri per exce
ptionem.
7 Quod ista actio sit pretoria sꝫ illa qua tenet̃ magister possit esse p̃-
toria ⁊ ciuilis sm naturam contractus.
8 Qñ plures tenent̃ ad idem debitum diuersis actionib⁹ si actuꝫ
est contra vnũ ⁊ exactum alter liberatur.
9 Qñ vnus tenet̃ principalr alter accessorie: soluente principali
tollitur vtraqꝫ obligatio ipso iure: et qđ si soluat ille qui tenet̃
accessorie. ⁊ an ex interuallo possit ei fieri cessio.

1 **Hec actio.** †Qñ plures tenentur ad idem debituꝫ
diuersis actionibus vno soluente libe-
2 ratur alter. h. d. ¶ †No. hic primo in ver. dabatur ꝙ hec actio
est datiua alś natiua nõ datiua vt dixi. s. e. l. §. est aũt. in princ.
l. ⁊ ita dicit expresse Bart. in. l. eadem. de duo. reis. in. vij. qõne.
3 ¶ †Item not. dũ dixit ex persona magistri ꝙ hec actio est ac-
cessoria sꝫ illa qua tenetur magister est pñcipalis. ⁊ ita dicit gl.
rubri. ⁊ etiam Bar. in. d. l. eadẽ. in. viij. q. dicens ꝑ hoc ꝙ isti nõ
habẽt se tanq̃ duo rei debendi cũ alter teneat̃ principaliter: al
4 ter accessorie: sed tanq̃ principalis ⁊ fideiussor. ¶ †Et ex hoc
sequunt̃ plures effectus. s. ꝙ interruptio prescriptionis facta ꝯ
vnũ non censet̃ facta cõtra alterum sicut in principali ⁊ fideius
sore. vt no. in glo. que nõ est alibi in. l. cũ quis. §. si quis vero. de
solu. non sic si essent tanq̃ duo rei. vt. l. fin. C. de duo. reis. Item
5 sequitur †ꝙ sñia absolutoria lata pro exercitore non ꝓdest ma
gistro sicut nec lata pro fideiussore prodest principali. licet sec⁹
sit in iureiurando vt no. in. l. duobus. §. fideiussorem. de iureiu
ran. per Bar. non sic si essent tanq̃ duo rei ⁊ essent socij: q̄ lata
pro vno ⁊ alteri prodesset. vt not. idem Barto. in. l. duobus. eo.
6 tit. in. iiij. q. †Sequitur etiam ꝙ solutio facta ab exercitore sim
pliciter censet̃ facta pro sua obligatione tm̃ ꝓ obligatione ma
gistri. ⁊ ideo suam tm̃ tollit ipso iure. sed obligationẽ magistri
per exceptionẽ sicut in fideiussore simpliciter soluente vel mã-
datore: vt. j. mand. l. papini. ⁊. l. stichum. §. si mandato. j. de so-
lu. ⁊ sic etiam ex interuallo possit illa cedi: q̄ ipso iure durat nõ
sic quando teneretur eodem genere obligationis. vt. l. modesti
7 nus. j. de solu. ⁊ statim dicam. ¶ †Item no. in versi. honoraria
ꝙ ista actio est pretoria: sed illa qua tenetur potest esse pretoria
et ciuilis sm naturam contractus. vt. j. eodem. si eum. §. j. ibi:
dum dicit que mihi vel ciuili iure vel honorario cõpetit. Item
8 no. †quod quando plures tenentur ad idem debituꝫ diuersis
actionibus si actum est contra vnum liberatur alter. intellige
sane quando est actum ⁊ exactuꝫ alś secus siue egit ⁊ obtinuit
nondum tñ facta est executio siue succubuit non ꝓpterea alter
9 liberatur. vt. C. de fideius. l. fi. ¶ †Ultimo no. ꝙ qñ vnus tenet̃
principaliter alter accessorie soluente principali tollit̃ vtraqꝫ
obligatio ipso iure. nam ipsa principalis pro qua censet̃ solu-
tum in dubio tollitur sine dubio ipso iure: ⁊ in consequentiam
etiam accessoria que sine illa stare non potest. Si vero soluat il
le qui tenetur accessorie tũc iste tex. non declarat an ipso iure vł
ope exceptionis. Sed dic ꝙ siue soluat ꝓ sua obligatione: siue
pro principali minuitur obligatio. glo. vero ordinaria in. d. l.
papi. melius declarat dicẽs ꝙ si soluit ꝓ obligatione principa
li illa tollitur ipso iure ⁊ in consequẽtiã etiã sua: si vero soluit ꝓ
suo qđ in dubio presumit̃ qñ teneretur diuersis generib⁹ obli-
gationum: tunc sua tollitur ipso iure: sed principalis ope exce-
ptionis: non sic quando teneretur eodem genere obligationis
quia tunc vtraqꝫ tollitur ipso iure: vt in duobus tutoribus vel
in duobus reis debendi. Si vero vnus soluat pro totali obliga
tione qua tenetur vterqꝫ censetur soluisse ⁊ vterqꝫ soluitur ipso

iure. ⁊ ideo cõtra aliũ ex interuallo nõ potest fieri cessio nisi de
cedendo tpe solutionis fuerit actũ. vt. d. l. modesti. non quando
ipso iure non tollitur vt ibi plene no. per Bar. ⁊. C. de fideiuss.
l. cum alter. per Cy. ⁊ per. d. l. papi.

2 ☞ Si sunt plures eandem negotiationem exercentes: an et
quando ex contractibus celebratis cum vno: quilibet obliget
insolidum.

3 Ex cõtractu vnius ex socijs oĩm bonoꝝ: qui non exercebãt eã
dem negotiationem non tenentur alij nisi quatenus in arcam
communem fuerit versum.

4 Si vni ex pluribus dominis vel iudicibus vnius castri cõmit
tatur quod habeat cognoscere de aliqua causa. ille dicitur co-
gnoscere vt delegatus et appellatur ad condominos: vel con-
iudices.

1 **Si plures.** †No. ꝙ. §. si plures[a]. s. e. l. loquit quã-
a do erat vnus exercitor sꝫ plures magi
stri hic ecõuerso qñ vnus magister sed plures exercitores socij
habentes diuersas portiones in negotiatione nauali ⁊ dicit ꝙ
ex contractu magistri quilibet eorum obligatur insolidũ licet
vnus insolidum soluat recuperet a socijs ꝓ rata ⁊ hoc nõ quã
do plures rei debendi socij si vnus soluit isolidũ recuperat ab
alijs ꝓ rata qđ dic vt. l. j. C. de duo. re. ⁊ dicit Bar. in. l. eadẽ. de
duo. re. in. viij. q. ꝙ isti cũ teneant eodem genere obligationis:
qꝛ oẽs accessorie ⁊ quilibet insolidũ põt dici tãꝙ plures rei de
bendi: vt sic iura loquẽtia de duo. reis locũ habeant in eis: qđ
interruptio contra vnũ censeatur esse facta contra alteruꝫ ⁊ ꝙ
sñia lata ꝑ vno ꝓsit alteri ⁊ vno soluente liberentur oẽs ipso
iure vt dixi in. §. precedenti. ꝙ est no. ⁊ ideꝫ esset in plurib⁹ mer
catoribus ⁊ socijs exercentibus eandem negotiationeꝫ ꝑ aliũ
non factorem nec institorem: vt ex contractibus illius quilibet
obligetur insolidum de iure cõmuni. Si vero exercẽt negotia
tionẽ per seipsos nullo ibi preposito tunc quilibet conuenitur
ꝓ rata quã hꝫ in negotiatione. vt in prin. l. si tñ plures. de quo
Bar. in. l. eadẽ. in. vj. vel. vij. q. facit magnũ festũ ⁊ dicit ꝙ Pe.
⁊ Cy. in. l. cũ te in gallia. C. si cer. pe. loquuntur ꝯ casum huius
2 legis. qꝛ †dicũt ꝙ si sunt plures mercatores eandem negotia
tionẽ exercentes ex cõtractibus celebratis cuꝫ vno qlibet obli
gatur insolidũ ꝙ est expresse ꝯtra istũ tex. vnde ipse distinguit
aut exercent in eodem loco ⁊ tũc quilibet obligatur ꝓ rata quã
hꝫ in negotiatione vt est casus hic qꝛ non censet alter alterum
preposuisse. vt hic dicitur aut in diuersis locis ⁊ tunc posset ꝓ
cedere dictum Pe. ⁊ Cy. qꝛ alter alterum videtur preposuisse ĩ
eodem loco per. l. eius qui in prouincia. s. si cer. pe. circa fi. iun-
cto ver. sed si plures ⁊c. Breuiter iste tex. põt intelligi ꝙ cõtra-
ctus fuit celebratus cum oĩbus simul ⁊ tunc non facit ꝓ Bar.
nec contra Cy. si autem cum vno tm̃ tunc si consueuerunt con-
trahere separatim aliquando vnus aliquando alter sine alte-
ro. tunc Bal. in. d. l. cum te. tenet opi. Pe. etiam si sunt in eodeꝫ
loco quasi alter alterius censeatur prepositus. secus si nõ con-
sueuissent contrahere nisi omnes simul ⁊ tunc procedit dictum
Barto. quando in diuersis locis: fatendum est Barto. bene di
cere. Sed contra omnes predictos doct. opp. de. l. antepe. ff. ꝓ
socio. per quam videtur quod ille solus obligatur qui cõtraxit
3 ¶ †Solue ibi erant socij omnium bonorum non tamẽ exerce
bant eandẽ negotiationẽ vnde ex contractu vnius non tenent
alij nisi quatenus in arcam communẽ fuerit versum vt not. s.
si cer. pe. si socius. nos loquimur quando exercebant eandẽ ne
gotiationẽ per statuta tamẽ ciuitatum vt Florentie vel Vene
tijs prouidetur vt indistincte ex contractu vnius ex socijs mer
catoribus teneatur quilibet insoliduꝫ. ¶ Ultimo in ver. si ser
uus plurium. debes scire ꝙ in vltimo ver. ⁊ ideo plures. fuerũt
duo intellectus in gl. vnus ꝙ ille ver. corrigat principium illi⁹
l. si tamẽ plures. ⁊ iste intellectus non est bonus: alius ꝙ corri-
gat principiũ illius. §. sed si seruus. ꝙ vult vt si seruus pluriũ
dñorum exerceat nauẽ ꝙ ex contractu eius obligentur dñi ꝓ
rata quam habent in seruo sicut plures exercitores ꝑ seipsos
exercentes: vt in prin. iuriscon. hoc corrigit per hanc rationem
qꝛ si exercet de voluntate vnius tm̃: ille solus obligatur insoli
dum: ergo si de voluntate oĩm quilibet debeat insolidum obli
gari: allegatur etiam iste ver. sed si plures. ꝭm Ray. de forli. ꝙ
4 †si sint plures domini vni⁹ castri vel plures iudices ordinarij
⁊ vnus eorum per alios committatur quod habeat cognosce-
re de aliqua causa. ille dicatur cognoscere vt delegatur ⁊ sic ap
pelletur ad condominos vel ad coniudices: non autem ad aliũ
superiorem.

a ¶ Plures. vide plene Bar. i. l. et an eadẽ. de duo. re. ⁊ ad istũ text. vide. l. iã tñ. §. si plures. j. iu. sol.

b ¶ Cõuersa. qũo ꝓbet ꝯuersum ĩ vtilitatẽ alicui⁹. vide bal. ĩ. l. j. C. si aduer. cred. pe trũ. d anc. ꝯs. vlt. ⁊ an assertio reci piẽtis sufficit ad ꝓbãdũ versionẽ vide Bar. in. l. a diuo pio. §. sed sciendũ. de re iu. ꝑ cano. ĩ. c. qđ q-busdã. de fideiu. ꝑ Sozi. consilio xxxviij.

2 ☞ Actio exercitoria lꝫ sit pretoria est tñ perpetua: tã respectu
tpis ꝙ̃ etiam transmissionis ad heredes.
3 Exercitoria an sit ꝓprium nomẽ actionis an adiectio.
4 Actio que datur contra exercitorem ⁊ illa q̃ datur cõtra magi
strũ ꝙ non sit eadem.

Si tamen plures.
1 **Si seruus.** †No. hic ꝙ lꝫ ista actio sit ac
cessoria ꝑ estimationẽ. tamẽ
principalis non extinguit. nã principalis respectu dñi est illa
qua tenet seruus exercitor vel etiã magister. vt. s. e. l. j. §. si is q
nauem. ⁊. §. est aũt. ⁊ tñ illa lꝫ principalis extinguit ꝑ mortẽ ser
ui qui nõ hꝫ heredem vel per mortẽ magistri decedentis etiaꝫ
sine herede nõ desinit dñs esse obligatus vt hic ptꝫ: qꝛ licet ac-
cessoria nõ possit cõtrahi sine principali. põt tñ cõtracta rema
nere: ꝙ dic vt. l. intelligere. C. de luitio. pig. ⁊. l. cuꝫ notissimi. C.
de prescrip. xx. ann. ⁊. l. postꝙ̃. in prin. cum ibi no. vt. le. no. ca. et
2 de fideius. l. si debitor. ¶ †Itẽ no. in. §. ꝙ licet ista actio sit ꝑto-
ria. vt. l. j. §. pe. s. eo. est tñ perpetua tam respectu tpis ꝙ̃ etiam
transmissionis ad heredes. ⁊ hoc ideo qꝛ est persecutoria nõ pe
nalis ⁊ non datur cõtra dispositionẽ iuris ciuilis al's secus. vt
l. in honorarijs. §. si cum rescissa. j. de act. ⁊ ob. ⁊ instit. de perpe.
3 ⁊ temp. act. †Et aduertendum ꝙ gl. hic dicit ꝙ istud non est ꝓ
priuꝫ nomẽ actionis: s. exercitoria. sed est adiectio ⁊ idẽ in actio
ne de pecu. ⁊ in tributoria ⁊ institoria. h. d. ꝙ proprium nomẽ
est illud qđ habet actio principalis ex contractu celebrato cum
4 magistro. †Innuit ergo ista glo. ꝙ vna ⁊ eadem sit actio q̃ dat
contra magistrũ ⁊ que datur contra exercitorem que dominat
a contractu sed qꝛ extenditur ad exercitorem ex accidenti voca
tur exercitoria: ⁊ hoc non placet imo sunt actiones diuerse: vt
ptꝫ in actione de peculio que est diuersa ab illa qua tenetur fi-
lius. vt. j. ꝓxi. sol. l. si id quod. §. si filius. patet qꝛ ista semper est
pretoria: sed illa que contra magistrum potest esse ciuilis ⁊ pre
toria. vt. j. l. proxi. §. j. in fi. potest ergo melius dici qđ est ꝓpriũ
nomen actionis ⁊ vno respectu est datiua quantum ad obliga
tioneꝫ que datur a lege sed alio respectu est datiua: quia ex illa
obligatione pretoria nascitur sicut dicimus in actione de pecu
lio. qđ dic vt plene no. ꝑ Cy. in. l. dñium. C. qđ cũ eo. ⁊ ꝑ Bar. in
l. frater a fratre. j. de cõdi. inde.

2 ☞ Obligatio accessoria lꝫ nõ possit in plus cõtrahi ꝙ̃ princi
palis põt tñ efficacius contrahi.

1 **Si eum.** †Contrahens cum magistro etiaꝫ
in potestate constituto habet exerci
torem obligatum ⁊ actiones acquisite per taleꝫ ma
gistrũ acquiruntur ipsi domino in cuius est potesta
te. quas tenetur cedere exercitori. h. d. ¶ In tex. ibi: ex locato:
tamen mutat causam. nam supra quando dominus serui erat
2 creditor. hic quando exercitor. ¶ †Nota ergo ex primo casu ꝙ
obligatio accessoria licet non posset in plus contrahi ꝙ̃ prin-
cipalis: potest tamen efficacius contrahi. naꝫ si preposuisti ser
uum meum ⁊ ego secum contraxi. principalis obligatio est il-
la quã tenetur seruus. ⁊ illa non est nisi naturalis ⁊ non produ
cit actionem vt. l. frater a fratre. de condictione indebiti. Sed
exercitoria qua tu teneris ꝓcedit ex obligatione ciuili seu pre-
toria que producit actionem: simile in fideiussoria obligatione
que potest accedere obligationi naturali tantum. vt. l. j. de fide
iusso. ⁊ sic efficacius contrahitur non tamen in plus vt. l. grece.
§. illud. eo. tit.

1 **Item si seruus.** †Licet hec actio datur contra
exercitorem non tamen impe
ditur contrahens vti actione principali contra magistrũ: qꝛ ꝑ
hoc edictum additur actio actioni non aũt vetus tollitur. h. d.
⁊ sic ptꝫ ꝙ sunt due.

2 ☞ Mutuãs institori in cãm ad quã prepositus est lꝫ nõ ap-
pareat ipsum cõuertisse in vtilitatẽ preponẽtis: que debeãt cõ-
currere ⁊ habeat preponẽtem obligatum.

1 **Lucius.** †Mutuans magistro in refectionẽ
nauis habet obligatum exercitoreꝫ
a q̄ si aliquis contraxitª tempore quo non habebat beneficium ecclesiasticum ⁊ postq̄ acquisiuit beneficium cōtraxit cū alijs: qđ in fructibus beneficij isti serui preferuntur patri q̄ꝛ contraxisse videntur occasione beneficij vel eius contemplatione nō sic primi. Secūdo requiritur q̄ conueniatur postq̄ est effectus sui iuris. si eñ tpe quo erat in patris potestate non habet hoc beneficium vt in. ll. s̄. alleg. quinimo potest capi ⁊ incarcerari: ⁊ cedere bonis vt aufugiat carceres. vt. C. q bonis ce. pos. l. cuȝ filij. in quo autē fiet tunc executio cuȝ nihil habeat dic vt. l. iij. §. sed vtrum. in fi. s̄. de mino. ⁊ de nog. a. l. ⁊ si cōdēnatus qđ no. in. l. si filio. la. ij. ƒ. sol. matr. ⁊ no. de fideius. si dubitatur. §. fina. p Bar. ⁊ de dam. infe. l. si finita. §. si de vectigalibus. in fi. C. q bo. cede. pos. l. ij. ⁊ extra de deli. pue. c. ij. ⁊ in. specu. de senten. exeq̄. §. sequitur. ver. quid si filius. ⁊ adde qđ no. per Guil. de cu. s̄. de his qui sunt sui vel ali. iur. l. si de qua pena. potest aūt exire patriam potestatem multis modis per emancipationem. Iteȝ p mortem. Item per dignitatem. Item olim si dabatur alteri in arrogationem. ⁊ isti modi tanguntur in isto tex. cum glo. nō ergo hic sunt casus in quibus habebat locum priuilegiū prout sentit glo. ⁊ doc. sed sunt quedam exempla ad demonstrandum qualiter possit exire patriam potestatem vt sic habebat locum priuilegium quod al's locum non haberet. Tertio requiritur q̄ non habeat bona paterna. vel saltem non habeat vltra legitimam sȝ habeat propria forte acquisita postq̄ effectus est sui iuris ⁊ in illis tñ habet hoc priuilegium. pōt tñ hoc ↄtingere multis modis vel quia exiuit patriā potest. per emancipationē: ⁊ adhuc viuit vel per mortē fuit exheredatus vel fuit institutus ⁊ repudiauit hereditatem: vel non repudiauit: tñ non fuit institutus vltra legitimam vel etiam vltra fuit institutꝰ: tñ hereditas fuit vacua. ⁊ ita intelligo. l. sȝ ex parte: sȝ ⁊ hic ⁊c. in bonis autem paternis quoꝝ contemplatione cōtraxerunt creditores sperantes ea deueniri ad filium si deuenerunt non habet filius hoc priuilegium imo conuenitur vsq̄ ad vnicū nūmum: ⁊ nihil potest deducere. non tamen puto quod conueniatur vltra nec poterit carcerari si omnia etiā que habuit tribuit in creditoribus licet secus tempore quo erat in potestate: nisi cederet bonis. dicta. l. cum ⁊ filij. Idem est dicendum si habebat bona propria tempore quo erat in potestate. puta castrēse peculium vel quasi hodie etiam aduentitium. vt in illis nō habeat hoc priuilegiuȝ: factus sui iuris quia illoꝝ ↄtēplatione videntur creditores contraxisse. doc. tñ non tangunt ⁊ multum male declarant mentē huius ti. cetera dic vt in gl.

1 **Sed ⁊ si ex parte.**

Is qui de peculio. †Qui egit actione de peculio nō pōt redire ad actionē quod iussu mero iure vel ecōtra quando competit ex eadeȝ causa sed ex equitate propter iustum errorem. h. d. intellige quando egit ⁊ nō exegit al's nō haberet dubium sed obtinuit sñiam vel adhuc lis non est finita ⁊ vult dimittere electam ⁊ ad aliam redire ⁊ qđ dixi q̄ ex equitate potest intelligunt doc. s. prehabita restitutione. ⁊ eo modo intelligunt. l. habebat. in princi. de instit. l. fi. C. de codi. mihi videtur in. d. casu. l. fi. hoc verum q̄ꝛ ibi dicitur simpliciter q̄ si elegit vnam viam non competentem non potest ad alteram competentem redire etiam si ignoranter hoc fecerit ⁊ doc. subaudiūt nisi prehabita restitutione ex causa iusti erroris: q̄ꝛ ibi vie sunt contrarie sed hic ⁊ in. l. habebat. tex. dicūt q̄ de equitate potest redire ad alteram nec aliquid dicunt de restitutione: vnde auctoritate harum legum videtur quod redire possit etiaȝ sine restitutione vt ptȝ ex no. in. d. l. habebat. per. l. licet. C. de iud. ⁊ eodem modo videtur debere intelligi. l. quesitum. ƒ. quando actio de pecu. est anna. ¶Et not. hic gl. vbi dicit quod iste sunt actiones diuerse intellige. s. in substantia. ⁊ sic ista nomina non sunt adiectionis: q̄ꝛ tunc non essent actiones diuerse: sed vna actio habens diuersas actiones. intelligunt etiam gl. istum tex. quādo agēs fuit deceptus ab aduersario. q̄ꝛ asserebat nihil sibi deberi a seruo ⁊ sic esset deducendum de peculio certe tunc deducere non posset ꝑpter mendacium. arg. s̄. ea. l. §. interdum. vnde non esset necesse agenti recedere ab actione de peculio intētata ꝑpter hoc ⁊ ire ad actionem q̄ iussu vnde intelligo etiam si non fuit deceptus ab aduersario sed a seipso propter eiꝰ ignorantiam quia ignorabat aliam sibi competere puta sciebat q̄ habebat peculium sed ignorabat quia interuenisset iussus vel econuerso.

2 ☞Quantum ad exceptiones cōcernentes executionē sñie vt est illa ne conueniať vltra q̄ facere possit nō inspiciť tps sñie sȝ tempus quo fit executio.

3 Filiusfa. si obligat se per instrm̄ guarētigie tempore quo erat sui iuris potest obijcere exceptionem ne cōueniatur vltra q̄ facere potest. etiā si statutum dicat q̄ contra tale instrumentū nihil possit obijci.

4 Fideicōmissarius vniuersalis loco heredis habetur.

1 

Si filiusfa. †No. hic in prin. q̄ filiusfa. tempore quo est in paterna ptāte: et olim poterat ↄueniri ⁊ condēnari insolidū ⁊ etiā incarcerari vt dixi in. l. j. s̄. e. ⁊ habetur in. l. tā ex cōtractibus. s̄. de iudi. nec habebat tunc priuilegium ne cōueniatur vltra q̄ facere possit. ¶†Item no. q̄ q̄tū ad exceptiones concernentes executionem sñie vt est ista ne conueniatur vltra q̄ facere possit nō debemus inspicere tempus quo lata est sententia sed tps quo fit executio q̄ꝛ lȝ primo tpe nō esset in statu q̄ posset sibi competere. Si tpe reperiť scđo tpe in illo statu: pōt eā opponere vt hic ptȝ. loqtur tñ tex. de actione in factū p quā nō fit executio sed agiť ordinarie tñ tēdit ad finē exequēdi sicut
3 offm̄ iudicis. ⁊ per istū tex. ptȝ† q̄ si filiusfa. se obligat p instrumētum guarentigie ex forma statuti tpe quo erat sui iuris pōt obijcere hāc exceptionē ne fiat vltra q̄ facere potest etiā si statutum dicat q̄ ↄ tale instrm̄ nihil potest obijci vel opponi q̄ꝛ nō obijcitur ↄ instrumentū sed cōtra executionē: secus si dicat q̄ non possit obijci contra executionem sm̄ Barto. sunt ergo bene
4 ne consideranda verba statuti. ¶†Ultimo not. in. §. licet illud quod semper allegať q̄ fideicōmissarius vniuersalis loco heredis habetur. lȝ eñ nō habeat iura directa habet alia que tantumdē videntur valere. argu. s̄. de nego. gest. l. antepenul. certe non per oīa loco heredis habetur cum multa iura sunt que ipsum non transeunt sed remanent penes heredem directum: vt iura sepulchrorum ⁊ iura patronatus ⁊ feudalia ⁊ emphyteotica. vt. l. ⁊ proinde. ⁊. l. si patroni. in prin. ⁊ qđ ibi plene not. per Dy. ⁊ Bar. ƒ. ad trebel. dȝ ergo hic intelligi quod habeť loco heredis. s. in eis que trāsierunt in euȝ ⁊ intellige hic q̄ in bonis paternis que in ipsum transeunt conueniatur insolidum. idest non facta deductione ne egeat. tñ non vltra valoreȝ bonorum ⁊ sic si illa dimittit non potest incarcerari: licet non cedat bonis simpliciter sed tempore quo est in potestate si vult euitare carceres oportet q̄ cedat bonis simpliciter. vt. l. cuȝ filij. qui bonis ce. pos.

1 ☞Filiusfami. propter mendacium perdit beneficiū excipiēdi ne conueniať vltra q̄ facere potest.

1 **Cum qui se.** †Ista. l. dicit ideȝ q̄ lex parte. §. anterdū. q̄ propter mēdaciū perdit beneficium. h. d.

2 ☞Conuentus lȝ non teneatur nisi inq̄tum facere potest: tamen libellus admittitur si petitur insolidum. ⁊ si perueniat ad pinguiorem fortunam poterit executio fieri etiam virtute eiusdem sententie.

1 **Pater filio.** †Si iussu patris fiat mutuū filiofamil. mortuo patre cōpetit actio ↄ heredē patris insolidū cū effectu. ⁊ ↄ ipsuȝ filium insolidū sȝ nō cū effectu si nō est heres patris vltra suā legitimā q̄m hȝ priuilegiū ne exigať vltra q̄ facere pōt
2 h. d. ⁊ per istum tex. in ver. insolidū. dicit Guil. de cu. †q̄ quando agitur ↄ illū qui hȝ beneficium ne exigatur: vel conueniať vltra q̄ facere possit licet in libello petatur q̄ fiat condēnatio: non propterea libellus est ineptus nec reijciendus q̄ꝛ mero iure ita tenetur ⁊ ita potest condemnari: sed executio moderabiť cum postea perueniat ad pinguiorem fortunam vtrū fiat executio virtute eiusdē sñie. in eo qđ deficiebat creditori. Sed si condemnatio esset facta in eo qđ facere poterat esset necesse q̄ iterū fieret si ad pinguiorem fortunam veniret. ⁊ ideo prima practica melior est ⁊ vide q̄ no. Bar. in. l. si dubitetur. §. fi. de fideius. vbi vult idem q̄ Guil. ⁊ allegat istum text. non tamen de Guil. facit mentionem.

a ¶Aliqs contraxit. adde doc. i. c. j. de oblig. ad ratiocinia.

2 ☞Sententia si lata est ꝓut debebat ferri nõ tñ in ea fuit assi
gnata bona cã:sed illa que nõ faciebat ad propositum cũ tamẽ
subesset alia melior põt iudex appellationis ipsam sñiaꝫ refor
mare allegando cãm meliorem.

1 **Institianus.** †Preponens aliquẽ alicui ne
gotiationi censet̃ ipsuꝫ prepo
suisse ad omne illud qđ ipse preponẽs cũ illa nego
tiatione consueuerat exercere.h.d.ꝺm verũ intelle
a ctum pone exemplum in istis campsoribus[a] q tenẽt bãchũ di
rectum ad ministerium cãpsorie:⁊ ab illo principaliter deno
minant̃ tñ plura alia exercent cã lucrandi qꝛ emunt ⁊ vendũt:
b aliqñ faciunt fideiussiones pro alijs[b] de illo lucrãtur si ergo ꝑ
ponam aliquem factorẽ ad banchũ campsorie lꝫ nõ fiat aliqua
mentio de alijs q̃ ipse preponens cõsueuit exercere.poterit tñ
ille ex virtute taciti mandati ⁊ in consequẽtiam illa exercere: ⁊
obligabit dominum ac si faciat aliquam fideiussionem pro ali
quo sicut preponens facere consuetus est.casus est in ista lege.
quẽ perpetuo tene menti qꝛ quotidianus est ⁊ male declaratur
per gl.⁊ doc.⁊ hoc puto verum siuẽ lucrabatur ex talibus secu
ritatibus siue non:si tamen eas cõsueuerit facere ⁊ ita gl sentit

a ¶ Cãpsorib⁹.adde an hodierna cãbia sint licita. vide ꝑ Bar.in.l.ij.de vsu.Bart.ĩ rub.C.de consti.pe.doc.in.c.in ciuitate.de vsuris Jo.de ana.in.c.fi.eo.ti.s.de vsu.

2 ¶ †Allegat̃ ista.l.in fi.ꝙ sñia lata est prout debeat ferri non ta
men in ea fuit assignata bona causa sed illa que nõ faciebat ad
propositũ nõ tñ subesset alia melior ꝙ iudex appellationis po
test reformare sñiam ipsam confirmando allegãdo cãm melio
rem.nam iste primus iudex cõdemnauit dominum ex eo quia
iste prepositus non solum exercuit ministeriuꝫ ad quod fuit ex
presse prepositus sed etiam plura alia ad que non fuit preposi
tus expresse sed ista ratio nõ fuit bona imo potius faciebat in
contrarium ꝙ in alijs nõ ligaret dñm:vt.l.quicũqꝫ.§.nõ tñ.s.
de instit.sed suberat alia ratio melior quia videt̃ exercuisse de
tacita voluntate preponentis qui consueuerat etiam illa facere
tñ per seipsum exercebat negotiationem fenoris ⁊ istam ratio
nem assignauit imperator iudex appellationis potest etiaꝫ in
telligi ꝙ ipse preponens non exercebat illa sed ipso sciẽte ⁊ pa
tiente iste prepositus exercebat vna cum ministerio ad qđ erat
prepositus ⁊ exercebat nomine preponentis ⁊ tanq̃ institor:⁊
ideo obligatur dñs quasi tacite per hoc videtur preposuisse vt
l.j.§.magistrum aũt.s.de exer.⁊ istum intellectum sentit Bar.
in suo summario.al's vero seruus fideiubendo pro alio nõ obli
gat dñm etiam de peculio vt.l.seruus instito.j.de fideius.⁊ istã
rationem allegabat Paulus iurisconsultus qui erat aduoca
tus domini pro ipso domino ne condemnaretur ⁊ dicebat cõ
dẽnationem fuisse iniustam.tñ imperator eã cõfirmauit ⁊ me
liori ratione q̃ primus iudex assignauerat.qd auteꝫ si nõ sub
esset alia melior ratio ⁊ illa fuit assignata nõ est bona an vitie
tur sñia ipso iure.vide qđ plene no.Bar.in.l.is ad quẽ.de acq.
here.⁊ adde quod no.Bal.in.l.ij.de rescin.ven.in.xvj.colũ.vbi
declarat quando iudex possit reformare sñiam.in.l.j.de condi.
inde.in.vij.oppo.

b ¶ Alijs. Adde an fideiussor cãbij teneatur pro mercãtia scripta in libris cãbij vide Pe.de peru.in tract.societatis in.viij.parte q.xl.

¶ Ad senatusconsultum macedo. Rubrica.

2 ☞Delinquendi occasio dari non debet.
Exempla mala euitanda sunt.ibi.
3 Lex vel statutũ si diceret ex aliquo contractu actionẽ non dari
non tñ impedit̃ oriri ciuilis ⁊ naturalis obligatio ⁊ etiã actio:
sed solum paratur exceptio.
4 Lex si ꝓhibet contractuꝫ celebrari vel fieri tũc nulla obligatio
nascitur etiam naturalis.
5 In criminali si lex diceret ex aliquo crimine nõ debere admit
ti aliquã accusationẽ ipso iure accusatio esset perempta.
6 Exceptio macedoniani cõpetit etiam patri aut fideiussori vel
mandatori.

1 **Verba senat.** †Ex mutuo facto
filiofa.nõ cõpetit
actio cum effectu cõtra ipsum etiã factũ sui iu
ris qꝛ obstabat exceptio mace.h.d. ¶ In textu
ibi ⁊ sepe materiã peccãdi:dicebat eñ recipias
hanc pecuniã mutuõ ⁊ eam reddas qñ possis:
reperias moduꝫ ꝙ pos.quod efficiaris tui iuris ⁊ obtineas he
reditatem patris:postea vero quotidie infestabat filium vnde
filius ad euitandum molestiam multoties interficiebat patrẽ
2 propter hoc senatusconsultuꝫ prouidit ⁊ no.†ꝙ nõ debet dari
occasio delinquendi facit.l.conuenire.de pac.do.⁊ quod euitã
3 dã sunt mala exempla.facit.l.si quis seruo.C.de fur. ¶ †Item
nota ex textu.coniuncta glossa quod quando lex vel statutum
diceret ex aliquo contractu actionem non dari non propterea
impeditur oriri ciuilis ⁊ naturalis obligatio ⁊ etiam actio: vt
ptꝫ.j.eo.l.qꝛ naturalis:sed solũ ex istis verbis paratur exceptio
vt dicit Bar.in.l.nam ⁊ postea.de iureiur:quod talis exceptio
4 impedit litis conte.†si aũt lex prohiberet contractũ fieri vel ce
lebrari nulla obligatio nasceretur etiam naturalis.vt.l.cuꝫ le
ge ⁊ ibi no.j.de fideius.⁊.l.si non sortem.in prin.de condi.inde.
5 ¶ †Item in criminali si lex diceret ex aliquo crimine nõ debe
ret admitti aliquã accusationem ipso iure accusatio esset perẽ
pta.vt.C.ne quis vela regia.l.ij.⁊ no.per Bar.post Jac.de are
6 na in.l.j.ad treb.no.†ꝙ non datur actio contra filium sed nec
etiam contra patrem aut fideiussorem aut mandatorem omni
bus eñ istis competit etiam hec exceptio vt.j.eo.sed si pater.§.
non solum.nisi de consensu patris recepisset quo casu daretur
cum effectu contra vtrumqꝫ etiam siue sublato beneficio resti
tutionis in integrum licet filius esset minor.vt.s.de min.l.iij.
§.sed vtrum.post medium.ibi excepta mutui datione ⁊ vide ꝙ
ibi no.in glo.

2 ☞Fictio postliminij trahitur retro:sed restitutio in integrũ
non trahitur retro.
3 Spes perẽptorie exceptionis inducit interim dilatoriã.
4 Aliquid potest dici esse in pendenti ratione futuri euentus qñ
ꝓuenit ex causa q̃ retro fingit non rõne presentis status.
5 Qualiter aliquis põt dici esse in pẽdenti.remis.

1 **Si pendeat.** †Si tpe mutui facti illius nõ erat
in potestate patris sperabat tñ re
uerti in potestatem ex causa que retro fingit locum hꝫ hec exce
ptio tam interim q̃ postq̃ reuersus est:secus si deficit spes re
uertendi.Item si erat in patris potestate licet speraretur exire
si tamen ex causa que non fingit retro similiter habet locum lꝫ
2 postea exigat.h.d.no.⁊ semper allegatur. ¶ †No.ergo quod fi
ctio postliminij trahitur retro vt patet ex primo casu sed resti
tutio in integrum non trahitur retro:vt patet in.ij.casu in ver.
certe.quod facit ad no.plene in.l.gallus.§.⁊ quid si tantum.de
3 libe.⁊ posthu. ¶ †Itẽ not.ex primo casu ibi dum dicit interim
igitur quod spes peremptorie exceptionis inducit interim di
latoriam.nam iste filius quousqꝫ pater est apud hostes sperat
consequi exceptionem peremptoriam macedo.si contingat pa
trem reuerti qnia postliminij fictione fingetur semper fuisse in
patris potestate.⁊ sic habebit hanc exceptionem.interim ergo
quousqꝫ pendet an reuertatur vel ibi moriatur similiter habet
hanc exceptionem:⁊ si contingat ipsum reuerti: extunc appa
rebit quod illa fuit ⁊ est peremptoria.si vero ibi moriatur tunc
est dilatoria quia statim ipso mortuo poterit conueniri cuꝫ fin
gatur mortuus prima hora captiuitatis ⁊ sic filius semꝑ fuis
4 set sui iuris. ¶ †Iteꝫ no.ꝙ aliqd põt dici esse in pẽdenti rõne
futuri euẽtus qñ ꝓuenit ex causa que retro fingit sed rõne pſen
tis statuti non potest dici aliquid esse in pẽdenti qꝛ nõ põt ali
quid esse in statu duplici.nã quousqꝫ pater est apud hostes re
uera filius est sui iuris qꝛ pater cum sit in potestate hostiuꝫ nõ
põt habere filium in potestate sua:sed si reuertitur fingitur nũ
quam fuisse sui iuris: ⁊ rõne istius euent⁹ futuri dicit̃ interim
esse in pendenti non aũt attẽta veritate presentis status.Et vi
de ꝙ no.gl.fi.in.l.cũ pater.s.de neg.gest.⁊ plene ꝑ Bar.e.tit.l.
5 põpo.vbi tractat de hoc articulo.†qualiter aliquis põt dici eẽ
in pendenti.de vsufr.l.si fur.in fi.

2 ☞Statutum ꝙ filiusfa.nõ possit se obligare sine patre q̃q̃
sit cõstitutus in publico officio locum habebit nisi sit talis di
gnitatis que liberet eum a patria potestate ⁊ quid si contrahit
cum repu.
3 Filiusfamilias in castrẽsi peculio habetur loco patrisfam.quo
ad omnia.⁊ quid si mutuum non sit factum in causam castren
sis peculij.
4 Statutũ ꝙ filiusfa.non possit obligari nisi sit mercator vel ar
tifex.⁊ ipse obligat se non in causam mercantie vel artificij nõ
obligabitur.
5 Filiusfa.qñ hꝫ castrẽse peculium an quo ad ipsum sit sui iuris
vere an per fictionẽ.⁊ nu.6.
6 In his que sunt de iure positiuo si lex vel statutuꝫ dicat aliquẽ
haberi pro tali.tunc non habetur ꝺm fictionem sed secundum
veritatem.
7 Differentia inter legitimatũ ⁊ dispẽsatũ:⁊ inter restitutũ nata
libus ⁊ illũ q consecutus est ius aureoꝝ annulorum.
8 Senatuscõ.mace.loquẽs simpl'r de mutuãte filiofa.⁊ sibi dene
gatur actio dꝫ restringi ad illum qui mutuat scienter.
9 Error iuris nõ excusat in dãnis vitandis in his que sunt a iu
re ꝓhibita.⁊ qd in lucris acquirendis.
10 Fama publica dat iustã cãm credulitatis ⁊ excusat ⁊ que dicat̃
fama.⁊ nu.12.
11 Si aliquis non notarius reputatus ꝓ notario conficiat instrã
tanq̃ notarius an instrumenta valeãt.
13 Testis interrogatus super fama respondeat esse publicam fa
mam:quia ita publice dici audiuit an dicatur reddere ratiõnẽ
dicti sui.

In filiofami.

1 **In filiofa.** †Hic ponitur regula q ex mutuo facto filiofa. etiam si sit in dignitate cōstitut⁹ non datur actio cū effectu. et postea ponunt. vj. casus vel. vij. vsq ad. l. sed z iul. Primus est quando habebat castren. pecu. Secundus qñ mutuans credidit illum esse patremfa. iusta ratione ductus. Tertius qñ mutuans erat minor. xxv. an. Quartus qñ erat etiā ipse filiusfa. z mutuauit pecuniam paternam. Quintus est qñ fuit aliter contractum cū filiofa. q mutuando qz senatuscō. non hz locum nisi in mutuo: in alijs contractib⁹ non nisi essent facti in fraudē mutui. Sextus est qñ contractus fuit initiatus tpe quo erat in patris potestate qz tunc spe futurenumerationis p stipulationē promisit sed numeratio facta fuit postq exiuit patriā potestatē. Septimus est qñ filius non recepit mutuū sed pro recipiente fideiussit. ¶ Ex prima regu
2 la no. arg. † q si statutū dicit q filiusfa. nō possit se obligare sine patre: q q sit constitutus in publico officio locū habebit statutū nisi sit talis dignitas que liberet eum a patria potestate vt hic in gl. ¶ Sed z de. l. si quis patrem. ver. vnde iul. que statim sequitur. Solue. aliud est q filius sit in dignitate vel officio publico quia ppter hoc non est verisimile q sit extra patriā pote.
a vt hic ptz. aliud qñ contrahit cū re publica emendo gabellaz[a] vel vectigalia qd tene mēti perpetuo. sed tūc etiā si constaret cōtrahentibus ipm esse in patria po. haberet locū senatuscon. qz
3 ille. versi. inde iul. loquit in dubio. ¶ †Item no. ex primo casu fallentie. q filiusfa. in castrensi pe. loco patrisfa. habet quo ad omnia vt ptz ex gl. z ad hoc semper allegatur. Sed hic querit de duobus primo qd si mutuum nō est factum in causa castrensis pe. respōdeo adhuc hz locū iste tex. vt cesset senatuscō. qz est presumptio iuris z de iure q in illam cām ꝯuerit. tex. est in. l. fi. C. eo. ante fi. vel dic q forte ille tex. loquitur nisi appareat euidē
4 ter contrarium sine aliqua probatione. z istud facit ad. q. si † dicat statutum q filiusfa. non possit obligari nisi sit mercator vel artifex: z ipse obligat se non tñ in cām mercātie vel artificij an valeat: z Bal. ibi distinguit aut hoc constat z tunc non vz: aut non cōstat: z presumitur q in cām mercantie per illum textuz no. z sic statutū illud videtur debere intelligi dummodo cōtrabat in cām mercantie z pluries vidi de facto istam cām florētie
5 ¶ †Item quero vtrū reuera qñ filiusfa. habet castrense pecul. quo ad ipsum si sit sui iuris vel solum per fictionem z videtur quod reuera sit sui iuris quia esse in potestate patris vel nō eē consistit in iure cum paterna potestas sit de iure ciuili vt. s. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. item in potestate. cum. l. sequen. z
6 insti. de pat. pote. z regula est † q in his que sunt de iure positiuo. si lex vel statutum dicat aliquem haberi pro tali non habetur fm fictionem sed fm veritatem vt tradit Bar. in. l. si is qui pro emp. s. de vsuca. contrarium est veritas: quia illud procedit quando indistincte z generaliter diceret eum haberi pro tali: vt patet quando filius est in dignitate cōstitutus que hodie liberat a patria potestate. vt in aut. constitutio que in dignitatibus. sed hic non dicit haberi pro patrefami. nisi quantuz ad castrense peculium vnde nō potest esse in patria potestate quo ad quedam: z quo ad quedam non sicut non potest esse seruus quis quo ad quedam z quo ad quedam non. vt in. l. si pater. in fin. de liberali causa. vel legitimus quo ad quedma et quo ad quedam z non. vt no. per glo. in. c. cum. inhibitio. de clandestina despon. sed bene potest esse in patria po. fm veritatē z tamē quo ad fictionem in quibusdam haberi p patrefa. vt hic z idez in seruo z legitimato p eandē rationem. z ita tradit Bar. in. d. l. si is qui pro empt. z ita intelligit istum tex. q facit ad statutum quo cauet quod aliqui forenses habeantur pro ciuibus an ista verba important quod fiant vere ciues: an aūt fm fictionē cū aliud sit esse talem z aliud haberi pro tali. dic vt ibi z in. l. si. ma
7 ritus. de adul. † nam quando aliquis est vere legitimus: seu
b legitimatus omnis macula[b] illegitimitatis radicitus est euulsa. z ideo si impetraret beneficium tanq legitimus non haberet facere mentionem q fuit semel illegitimus z postea fuit legitimatus sed qñ non est vere legitimus lz fictione in quibusdam habeatur pro legitimo tunc dicitur potius dispensatio q legitimatio ideo si aliud postea impetraret haberet facere mētionē vt in. c. j. seu. ij. de fil. presby. lib. vj. facit. s. de in ius voc. l. sed si hac. s. patronus. vbi colligitur dicta differentia inter legitimum dispensatum z inter restitutum natalibus z illuz qui consecutus est ius aureorum annulorum. primus em dicit ingenuus. secundus non sed habet iura ingenuitatis ex dispēsatione. vt. l. iij. C. de iur. annu. aur. z. l. sed z si accepto. de iur. fisci
8 in. l. si quis patrem. in prin. ¶ †No. plura. primo q senatuscō. loquit simpliciter de mutuante filiofam. z sibi denegatur actio tamen debet restringi ad illum qui mutuat scienter z hoc ideo quia inducit aliquid in eius odium vnde non est decens vt puniatur si fuit ignorans: secus quando non induceret aliquid in eius odium principaliter sed in fauorem debitoris vt in senatuscōn. velle. q emanauit in fauorem mulieris non in odiū creditorum. ideo illa exceptio dicitur fauorabilis sed ista odiosa. s. de condi. inde. l. qui exceptionem. certe senatuscō. velle. locū habet in creditore qui ignorabat illam esse mulierē z iustā habuit ignorantiam dummodo mulier non fuerit in dolo nec calide fuerit versata inducendo ipsum ad hanc credulitatem: qz credulitas illius non dz nocere mulieri non decipienti: vt sibi auferat beneficium iuris z hoc colligitur ex. l. ij. s. verba. j. ad velle. in ver. sed ita demum. z. l. si decipiendi. C. eo. z. l. z si fine. a contrario sensu. nec ob. l. sed si ego. j. ad velle. qz ibi mulier fuit in dolo simulando se accipere in cām propriam cum acciperet in alienam creditore hoc ignorante ego loquor qñ in nullo dolo fuit. pone em q in vita fuit induta veste virili certe nō debet
9 sibi hoc nocere. ¶ †No. etiam hic q error iuris[c] non excusat in
c damnis vitandis in his que sunt a iure prohibita als sequere vt. j. de iur. z fac. ig. l. iuris ignorantia. la. ij. que limitat per hāc l. si damnum haberet originem a lucro qz etiam tunc non excusaret vt. j. de acqren. here. l. si duo. z ibi no. in gl. in lucris autez
10 acqrendis nō excusat. vt. d. l. iuris. ¶ †Et no. dictas limitatio
d nes ad illā regulam. ¶ Item not. q excusatur ille qui credit[d] aliqd q cōiter z ab omnibus dicitur. z sic publica fama dat iustam cām credulitatis. facit. l. si preses. C. si seruus aut liber. ad dēcu. aspi. z no. per Bar. in. l. de minore. s. tormenta. de questi. facit etiam. l. si. j. de heredi. instit. z de acqren. here. cum quidaz
11 s. qd dicit. z adde hic. l. j. z. ij. C. eo. z facit iste tex. † si aliquis cōi
e ter habebatur z reputabatur p notario[e] z cōficiebat instrumēta tanq notarius q valeāt lz nō sit ne preiudicetur ignorātib⁹ vel dic vt no. in. l. barbarius. de offi. procon. z leg. in. l. j. C. de te
12 sti. facit etiam iste tex. q † si testis interrogatur super fama respondeat esse publicam famam qz ita publice dici audiuit qd dicatur reddere bonam rationem dicti sui. Sed Bar. videt terminare contrarium. in. s. tormēta. quia potuit dici publice ab vno vel a duobus z tunc non esset fama: qz tunc est fama qñ a maiori parte populi scitur dicendo publice videtur intellexisse eo modo quo deponit. i. a maiori parte populi. z sic exponit publicē. argu. hic dum dicit publice zc. quia multum facit contra Barto.

2 ¶ Fideiussor hodie hz bñficiuz excussionis si principalis est presens sed non duo rei debendi principalr obligati lz habeāt beneficiū diuisionis si sunt soluendo.

3 Qui obligat se vt principalis qñ tamen habeat vt fideiussor. z nume. i.

4 In quibus magis intersit creditoris habere obligatos aliqs vt principales z in quibus vt fideiussores.



1 **Ed iulianus.** †Ille dicitur reus principalis ad quē peruenit tota pecunia sed obligauerit se vt fideiussor z econuerso. ille dicitur fideiussor ad quem non peruenit: sed se obligauit pro principali. premitte q si mutuo tibi pecuniam z filiusfa. pro te fideiubet nemini nostrum datur hec exceptio. vt. s. l. pro. j. sed econtra si mutuo sibi vt tu fideiubes p eo datur vtriq: vt. l. lz si pater. s. nō solū. pone ergo q cū vellē sibi mutuare z tu p ipso velles fideiubere ad hoc vt neutri cōpetat voluit q instrm principalr cātaret in personā tuā z secūdario in personam illius tanq fideiussoris z numeratio facta fuit tibi z ita cātat instrm tñ ab alia manu restitisti totam pecuniam. mīc te cōuenio tanq principalem tu dicis q ille est principalis qz pecunia peruenit ad eum ita fuit actum inter nos: paratus es hoc probare certe dabitur tibi hec exceptio: qz censetur color quesitus z facta fraus senatusconsulto de persona ad personam vel de modo ad modū ꝯhendi. Item debes scire q qñ sunt duo rei debendi pōt creditor incipere a quo vult nec ad hoc habent inter se beneficiuz excussionis. lz secus hodie in fideiussoribus. Pone ergo quod cūm tu velles fideiubere pro filiofami. ego volui quod te principaliter obligares z etiā ipse ad hoc vt tu non haberes hanc exceptionem tāq fideiussor. certe si potest apparere q fuit actum inter nos vt pecunia perueniret ad filium similiter censetur esse facta fraus z competit ex
2 ceptio sicut si fideiussisset. ¶ †Et iste tex. probat optime vnum: quod dicit glo. not. in aut. de fideiusso. in princi. vbi dicitur qd fideiussor hz hodie p illā aut. beneficium excussionis qz pōt petere q principalis primo conueniatur si est presens z excutiat sed duo rei debendi principaliter obligati non habent inter se hoc beneficium. licet habeant inter se beneficium diuisionis. sz pone quod duo se obligauerunt eque principaliter prout quotidie conficiuntur instrumenta conuenio vnum iste dicit q tota pecunia peruenit ad alterū z q ille debet reputari principalis z ipse fideiussor offert se paratum hoc probare et petit illuz prius excuti: an hoc fieri debeat. Glos. hic notan. tenet quod sic

a ¶ Gabellā. adde Bertachi. de firmo in tracta. de gabellis.

b ¶ Ca. Bacula. addō doc. in. c. p venerabilē. q filij sint legi. Anto. rosellum z Lu. de sardis in suis tract. de legitimatiōe.

c ¶ Error iuriz. ad dē an error iuriz sit lata culpa. vide sali. i. l. de eo. in. j. col. de pena iudi. publicetur Cardi. in. c. j. in xviij. q. de con.

d ¶ Credit. adde q vbū credo est verbū dubitatiuū z regulariter nō pbat fm gl. z doc. in. l. testium C. de testi. doct. i c. quoties. d test.

e ¶ Notario. addō Spe. ti. de instr. edi. in. s. restat. v si. qd si is q. z ibi Jo. and. in add. doc. in. c. j. de fid. instru.

q2 quoties prima obligatio non tollitur per sequentem. licꝫ in sequenti qs cōstituat se principalē debitorem nihilominus habebitur vt fideiussor. ita no. illa gl. que incipit no. differentiam ꝛ istud videt̃ pbari in hoc tex. Guil. de cug. videt̃ hic sentire cōtrarium. ꝛ dicit ꝙ hic loquitur in prohibitis: nos loquimur in contractu non prohibito: vnde ille obligando se vt principalis videtur renuntiare beneficio executionis al's qd operetur
3 hoc. † tu aduerte ad tres casus ꝛ tene mēti interdū ille vult ꝓbare ꝙ ita fuit actū a prin. inter creditorem ꝛ ipsos obligatos ꝛ pcedit sine dubio illa gl. etiā in nō ꝓhibitis quasi cesseat color quesitus. arg. hic nec pōt cōqueri creditor ex quo consensit: aut ille nō pōt ꝓbare ꝙ hoc fuerit actū inter creditorem ꝛ ipos bene tñ vult ꝓbare ꝙ tota pecunia peruenit ad illū altero iporum consentiente et tūc etiā si creditor hoc sciuit factū illorum inter se non dꝫ creditori nocere q sibi prospexit faciendo illum principaliter obligari ideo nō cogit̃ alium per prius conuenire ꝛ excutere nisi ille cōuentus petat hoc fieri suo periculo: et impensis: tunc enī ex equitate cogeretur hoc facere per. l. vnde queritur. in prin. s. cōmo. ꝛ ibi Bar. hoc tꝫ. ꝛ in. l. iij. de duobus reis. si aūt nō diceret ꝙ hoc fiat suis expēsis ꝛ periculo quātūcunꝙ velit docere ꝙ ad alium puenit pecunia nō habebit beneficium excussionis sed diuisionis: sic vt quilibet conueniat̃ pro dimidia si sunt soluendo ꝛ sic ꝓcedit dictū Guil. de cu. hoc tñ verū in nō prohibitis. in prohibitis vꝰ ꝙ sufficiat ipsa cōuētio si offert se paratū hoc ostendere. ar. hic in ver. adē ac si duos
4 ꝛ sic † no. casum in quo ille q se principaliter obligauit ad quē nō peruenit pecunia non tñ habetur vt fideiussor: sed vt principaliter obligatus qñ sumus in nō prohibitis ꝛ nō fuit actū inter creditorem ꝛ ipsum: nec ipse petit illum exequi suo periculo ꝛ impensis hic tribus concurrentibus non hꝫ beneficiū excussionis tanꝙ principaliter obligatus sm̄ Guil. de cu. al's secus. Itē in alio prodest ꝙ ille ad quē nō peruenit pecunia pncipaliter se obligat potius ꝙ fideiussorio noīe q2 pōt obligari in plus ꝙ alter lꝫ secus in fideiussore vt. l. grece. §. illud de fideius. ꝛ ita no. p Bar. in. l. qui. in fi. co. tit. Itē q2 iura loquentia de duobus re. ꝙ factum vnius alteri preiudicat vt interruptio prescriptionis facta contra vnum preiudicat alteri vt in. l. fi. C. de duo. reis. secus in facta cōtra principalē que nō censetur facta cōtra fideiussorem. vt. l. cū qs. §. si quis pro reo. ꝛ ibi not. j. de solu. habebūt locū isto casu. Item si sunt plures qui se obligant eq principaliter. puta quatuor si nō fuit dictū ꝙ qlibet in solidum ꝛ pecunia peruenit ad vnū tm̄ quilibet eorum tenetur ꝓ parte tm̄. vt. l. reos. §. cum in talibus. de duo. reis. ꝛ no. in. l. si paternā. C. ad velle. sed si obligaret vt fideiussores quilibet obligaret̃ insolidū etiam si non esset expresse actum. vt instit. de fideius. §. si plures. ꝛ istud est ꝓ obligatis cum magis eorū intersit obligare se principaliter ꝙ fideiussorio nomine precedētia sunt contra eos: cum magis intersit creditoris: in alijs autem duobus habentur vt fideiussores quia si non tenetur principalis ad quem peruenit pecunia nec ipsi tenent̃ vt hic ꝛ exceptio competens principali etiam competit in illis vt hic probatur ꝛ vide quod notat Barto. in. l. ea. de duobus reis. in. v. q. in versicu. circa.

2 ☞ Licet gerēdo negotia tua possum ꝓ te soluere ꝛ te mihi ꝑsonaliter obligare: nō tñ possum ꝓ negotio tuo gerēdo rē tuā obligare sine tuo mandato.
3 Qñ obligo rem tuā noīe meo ꝛ tanꝙ meā: si tibi succedo sicut confirmatur obligatio que a principio fuit nulla. ita si obligaui noīe tuo ꝛ tanꝙ tuā ꝛ postea succedo.
4 Uerbum pecunia in materia odiosa sumitur strictissime ꝓ pecunia numerata ꝛ in qua materia sumatur largissime ꝛ quando large.

1 **Sed etsi.** † In isto. §. seq. ponunt̃ duo casus in qbus cessat senatuscō. ꝛ sex fuerunt positi supra ꝛ sic sunt octo alij. quatuor ponuntur. j. eod. §. ꝙꝙ. vsꝙ in fi. ꝛ sic sunt. xij. Primus est qui ponitur hic qñ recipit mutuū in cām que incūbebat patri necessario. Secūdus est qñ mutuat̃ aliud
2 mutabile ꝙ pecunia nisi hoc fiat in fraudem. ¶ † Et no. ex primo casu ꝙ licet gerendo negotia tua possim ꝓ te soluere et te mihi personaliter obligare vt in toto tit. de nego. gest. nō tamē etiam possum pro negotio tuo gerēdo rem tuam obligare sine tuo mandato vt hic colligitur: dum dicit patris tamen res nō tenebitur. facit. j. qō iussu. l. dñium. nisi forte consueuisses ꝓ talibus negotio res tuas obligare. ar. s. de pig. act. l. vel vniuersor.
3 ¶ † Item no. in fi. quod sicut qñ obligo rē tuam nomine meo: ꝛ tanꝙ meam: si tibi succedo confirmatur obligatio q a princ. fuit nulla. vt. s. de pig. act. l. rem alienam. in prin. ita si obligaui nomine tuo ꝛ tanꝙ tuam si tibi succedo. ¶ Ultimo not. in. §.
4 sequē. † ꝙ verbum pecunia in materia odiosa sumitur strictissime ꝓ pecunia numerata aliquando vero sumitur largissime pro qualibet re etiā immobili: vt in fauorabilibus: aliqñ large pro rebus consistentibus in pondere numero vel mensura. vt in his que non sunt odiosa nec fauorabilia: vt in mutuo: vt l. ij. ꝛ ibi no. s. si cer. pe. in glo. ꝛ plene de hoc in. l. talis scriptura de lega. j.

2 ☞ Quod inspiciatur potius id quod nocet. s. scientia vnius: vt noceat sibi ꝛ alteri: quam id quod prodest. scꝫ ignorantia alterius que non prodest sibi nec alteri scienti: vt in domino ꝛ procuratore.
3 Mutuans pecuniam filiofami. scienter si cedat iura sua alteri qui ignorat esse filiumfami. an isti cessionario obstet exceptio macedo.

1 **Non solum.** † Ista exceptio est in rē ex pte creditoris q2 cōpetit nō solum ꝯ ipsum: sed etiā ꝯ quēlibet eius successorē tam singularē ꝙ vniuersalē hoc primo qñ duo ꝯhunt super eadem cum alio scientia vnius eorum nocet alteri etiam ignoranti hoc secūdo. Itē sciētia creditoris inspicitur ꝗtū ad illum ad quem peruenit pecunia nō ꝗtum ad alterū in quem non peruenit q2 primus reputat̃ principalis. secūdus reputatur fideiussor. licꝫ se principaliter obligauerit. hoc tertio ꝛ vltimo dicit text. cū glo. quam no. pro eo
2 quod dixi in prin. huius. l. no. † etiā diligenter secūdū dictum: in quo inspicitur potius id quod nocet. s. scientia vnius vt noceat sibi ꝛ alteri ꝙ id qō ꝓdest. s. ignorantia alterius ꝙ non ꝓdest sibi nec alteri scienti. ꝛ est ratio sm̄ Jac. de are. q2 verisimile est ꝙ postꝙ simul cōtrahūt cum filiofa. super eo. si alter cognoscit ipsum esse filiumfa. etiā alter presumat̃ scire quasi alter sibi dixerit. ar. j. e. l. pe. vel potest dici ꝙ ideo hic scientia vnius nocet alteri quia ille qui mutuauit reputatur principalis. ꝛ alter qui stipulatus est reputatur procurator eius ꝛ sic intelligit gl. tanꝙ procurator fuerit stipulatus vnde cum sit restitutus domino scientia domini nocet procuratori ꝛ econuerso arg. s. de tribu. l. procuratoris. in prin. secus si non tanꝙ procurator ꝛ sic non esset restitutus. nam sic non noceret sibi exceptio macedoniani. q2 suum recepit vt hic habetur in prima gl. nisi causa lucratiua fuisset stipulatus: ita non nocet sibi scientia alterius ꝛ ad illud brocardum an inspiciatur id quod nocet an quod ꝓ-
3 dest. vide in. l. si quis in graui. cum. l. sequen. j. ad sille. ¶ † Sed quero circa primum casum si creditor qui mutuauit cessit iura sua alteri. an distinguatur prout glo. distinguit an ex causa lucratiua an onerosa. puto quod non quando cessionarius nitit̃ ex contractu cedentis non ex proprio: quia ipse non contraxit cum debitore: vnde si ex illo cōtractu cedenti nata est actio vulnerata prout est hic transit in cedentem cum eodem vulnere: sed ille in quem facta est delegatio nititur ex proprio cōtractu: quia ipse stipulatur a debitore delegante creditore: vt in. l. prima. C. de noua. ꝛ ideo sumatur media via. vt si facta est delegatio ex causa lucratiua exceptio que obstabat delegāti obstat ei cui facta est delegatio: secus si ex causa onerosa. vt. l. doli. j. de nouatio.

1 **Quamꝙ.** † Hec exceptio cōpetit filiofa. ꝛ successoribus suis. non tñ ei q ipm institorē preposuit tacite vel expresse. h. d.
2 ☞ Ex eo ꝙ quis fecit ex postfacto colligit̃ quē animū habuit a principio.
3 Filius qñ est aptus ad discēdū tenet̃ pater si pōt ꝛ filius vult tenere cum in studio ꝛ poterit compelli iudicis officio sicut ad dotandam filiam. ꝛ nu. 4.
4 Quatuor casus in qbus in mutuo facto filiofa. cessat in effectu senatuscon. mace. ꝛ nu. 1. ꝛ 3.
5 Filius si emit libros an illi sint precipui ipsius filij an veniāt cōmunicandi cum fratribus remissiue.
6 Filius mercator si in cā mercantie accepit mutuum ꝙ cesset senatuscō mace. ꝛ qd si non erat mercator sed habebat peculium aduentitium.
7 Si pater ratificat ꝯtū postꝙ est effectus sui iuris ꝑ emācipatione facit cessare senatuscō. ꝗtū ad se si cōueniat̃ actione de peculio nō ꝗtūꝫ ad filiū. si vero tpe quo erat in potestate facit cessare quo ad vtrumꝙ.
8 Filiusfa. nō pōt approbando ꝯtū facere cessare senatuscō. mace. nisi approbet postꝙ factus est sui iuris.
9 Si factus sui iuris soluat partē debiti quare teneat̃ aliā ptem soluere ꝛ sic ꝙ videat̃ ꝯtum tacite approbare ꝛ exceptioni mace. renuntiare. ꝛ nu. 4.
10 Quid si dedit pignus vel index misit creditorē an pdatur exceptio mace. vsꝙ ad vires pignoris tm̄. ꝛ nu. 9.

1 **Quamꝙ.** † Usꝙ ad fi. huius. l. ponunt̃ quatuor casus in effectu in quibus cessat senatuscō. sul. tam quo ad filium quam quo ad patrem. Primus est quādo pater consensisset in tali mutuo: vel expresse vel tacite vel a princip.

a prin. vel ex postfacto ratificando expresse vel tacite vt hic in
in isto primo casu vsq; ad ver. ⁊ proinde circa finē. l. in ver. hoc
2 amplius. †Secundus est qñ accepit ⁊ vertit in causam patris
vel a prin. vel etiā ex postfacto vt in ver. proinde. ⁊ no. illū tex.
q: semp allegat ꝙ ex eo qđ quis fecit ex postfacto colligit quē
animū habuit a prin. ⁊ sic p sequentia declarantur precedentia
ad qđ. C. de natu. li. l. cum quis. ante fi. ⁊ ĵ. re. amo. l. si cōcubi. §.
res amotas. ⁊ l. ventri. in fi. de priui. credi. ꝙ habetur in. c. offi-
3 cij. extra de elec. †Tertius est qđ recipit in causam studij: vt in
a §. qđ dicitur. ex quo no. vna cū glo. ꝙ quando filius est aptus[a]
ad discendum tenet pater si potest ⁊ ille vult tenere eum in stu
b dio ⁊ poterit cōpelli iudicis officio sicut ad dotandam filiam[b]
vt. l. qui liberos. de ri. nup. sm Guil. de cu. qui etiam allegat. l.
fi. de iure do. ⁊ de rei vendi. l. sin autem. cum. l. seq. et in aut. neq;
virum qđ ex dote. §. pe. ad carbo. l. de bonis. §. non solum. ⁊ vbi
pup. edu. debe. l. ij. secus si non esset aptus: vt. l. stichus. de leg.
iij. sm Guil. licet viderim patrem ditissimum ⁊ potentissimuz
denegare hoc filio satis apto ⁊ volenti studere in tantum quod
4 etiam inuituz a studio reuocauit. †Quartus casus est qñ rece
pit pecuniā mutuo vt liberaret se a creditore cui efficaciter tene
batur: vt in. §. si filius. accepit extra istos casus ⁊ alios. de qui-
bus. s̃. competit exceptio tam filio q̃ patri sed alteri qui ipsuz
preposuisset vel sibi mandasset de recipiendo mutuum non cō
peteret sed ipsi filio bene competeret. vt. l. proxi. §. interdum
⁊c. Si tamen filius factus sui iuris incipiat soluere censetur re
nuntiasse exceptioni mace. etiam in residuo. vt in. l. fi. huius. l.
⁊ sic plus valet renuntiatio tacita resultans ex eo ꝙ incepit sol
uere q̃ expressa vel resultans ex taciturnitate quia eam nō ap-
posuit nam illa non valet: vt. ĵ. eod. l. tametsi. ¶ Et circa mate-
riam. §. quod dicitur vltra questiones hic formatas in glo. vi-
de alias que formantur per docto. C. eod. l. macedo. ⁊ in. l. fin. in
qua. l. macedo. docto. videntur tenere sequendo glo. ibi positaz
ꝙ pater inuitus non teneatur tenere filium in studio quantū-
cumq; sit aptus sed glo. hic posita tenuit contrarium post me-
diuz te. ibi si studeat tenetur pater quasi vtiliter ⁊c. ⁊ loquimur
quando contra voluntatem patris erat in studio. illam partez
tenet Guilliel. quam etiam ego puto veram: quia non minus
subest ratio naturalis in hoc q̃ in dotando vel alimentando.
5 ¶ †Quid autē si emit sibi libros an illi sint precipiti ipsius fi-
lij dicit Bald. ꝙ non in. d. l. macedoniani. sed veniunt commu-
nicandi cum fratribus. tu dic plenius de hoc vt not. Bartol. in
l. vbi. §. sed nec castrense. de colla. bo. vt plenius distinguit ⁊ in
6 l. si donatione. C. de colla. †dicunt etiam docto. ꝙ sicut quando
filius recipit in causa studij cessat macedo. idem si erat merca-
tor et accipit in causam mercantie sm Pet. et Cyn. in. l. fin. qđ
no. et procedit etiam si negotiabatur non mercibus peculiari-
bus sciente patre alias non haberet dubium. s̃. in versic. q̃q̃.
¶ Sed si quid nō erat mercator habebat tñ peculium aduen-
titium. respondeo videtur dicendum aut pater non habebat
vsumfructum. ⁊ per consequens nec administrationem ⁊ vide-
tur cessare vsq; ad vires illius peculij sicut in castrensi vel quasi
sic videtur eadem ratio. vt. s̃. eo. l. j. in fi. aut habebat vsumfru-
ctum ⁊ tunc secus. q: nihil potest disponere vel alienare sine vo
luntate patris. l. cum non solum. §. filius autem. C. de bo. que li
be. contra. §. si filius. oppo. ꝙ licet pecunia sit conuersa in vtili-
tatem filij nihilominus habet locū senatusconsultum. vt. ĵ. eo.
si pater. §. hoc senatus. solue verum est nisi mutuata sit specia-
liter ad hunc finem vt in vtilitatem cōuertatur. vt est casus hic
7 qđ not. ¶ †Circa ver. hoc amplius queritur si pater ratificat
contractum postq̃ filius est effectus sui iuris per emancipatio
nem an faciat cessare senatusconcultum. respondeo sic quantū
ad se si conueniatur actione de peculio non quantum ad filiuz.
Si vero tēpore quo erat in sua potestate tunc facit cessare quo
8 ad vtrumq; illa intelligitur iste ver. sm †Pe. ⁊ Cy. C. eo. l. fin.
in. v. q. filius autem non potest approbando contractum facere
cessare senatusconsultum nisi approbet postq̃ effectus est sui
iuris: vt in versi. si pater. et tunc facit cessare quo ad se tantum
9 non quo ad patrem. ¶ †Item contra versi. si paterfa. oppo. ꝙ
filiusfa. factus sui iuris si partem soluat non teneatur propter
ea aliam partem soluere per. l. lucius. §. testator. de leg. ij. quia
cum hoc proueniat ex tacita approbatione que resultat ex solu
tione non videtur resultare nisi quatenus soluitur argu. in. l. j.
§. iulia. de iti. actuq; priua. et in. l. fin. C. ne vxo. pro ma. et in. l.
voluntate. C. de execu. tuto. solue contrarium procedere regula-
riter quando quis esset tutus exceptione fauorabili nō isto ca
su quo odiosa: quia tantum soluendo vnum nummum cense-
tur approbare totum contractum ⁊ renuntiare exceptioni ⁊ est
casus no. hic sicut in simili. C. ad le. fal. aut. sed cuz testator. quā
do heres soluit vnum legatum integrum nō detracta falcidia
Sed contra de. l. si pater. in prin. ĵ. eo. Solu. aliud quando inci
pit soluere vt hic aliud quando tradit pignus et tunc non cen
setur approbare nisi vsq; ad valorem pignoris vt ibi quod est
nota. et est singulare ad materiam aut. sed cum testator. nam vi
detur hic probari quod si heres non soluit integrum legatum
sed dedit pignus pro eo non propterea tenetur alia legata in-
tegra soluere. tene menti que autem sit ratio diuersitatis glo. ĵ.
10 in. d. l. sed si pater tangit. ¶ †Sed queritur circa principium
illius. l. quid si non filius. l. tradidit pignus sed iudex misit cre
ditorem in posses. rei ipsius filij glos. in. l. j. §. hec verba. ĵ. ne vis
fiat ei videtur tenere quod sit idem quod hic vt perdatur exce-
ptio maced. vsq; ad vires pignoris Cy. tenet contrarium ⁊ me
lius. C. de euic. l. si ob causam.
2 ☞ Si aliqd donat monacho cū hac conditione vt in aliū trās
ferat non acqritur monasterio. secus si simpliciter.
3 Solutio facta ei qui pecuniam mutuauit filiofa. an reconcilie
tur cōsumptione si fiat ex pecunia simpliciter donata filio quā
pater poterat vendicare.



Sed et si pater.

1 Si ab alio. †Si filius soluat mutuam
pecuniā sibi donatā ad hoc
vt illi soluat non pōt per patrē illa pecunia vendicari secus si
fuit sibi donata simpliciter. hoc dicit. not. premitte ꝙ si filius q
recipit mutuum tpe quo est in potestate soluat mutuanti pecu-
niā paternā preter voluntatē patris non transfert dñium ⁊ pa
ter potest vendicare. vt. s̃. si cer. peta. l. si filius. Quid ergo si sibi
donetur a quodam tertio ob hanc causam vt illi soluat: vide-
tur idem ꝙ statim ꝙ est tradita filio iure isto fuit acquisitū pa-
tri eodem instanti: vt. l. placet. de acquiren. here. ergo non po-
tuit per filium postea alienari. contrarium hic dicitur. nam est
verum ꝙ non acquiritur patri sed acquiritur illi mutuanti re
cta via postq̃ ob hoc donata fuit expresse secus si simpliciter
tunc enim procederet contrarium hoc intendit. ¶ In text. ibi:
videri a donatore profecta protinus ad creditorem hoc intelli-
ge secuta traditione post filium ante vero q̃ tradat dominium
non recessit a donante quia si recessisset alicui fuisset acquisitū
vt. l. nec vtilem. s̃. quib. ex caus. ma. et si fuisset acquisitum filio:
necessario patri. ⁊ sic postea filius non potuisset transferre in
creditorem sine voluntate patris cuius contrariū hic dicitur
in creditorem autem non potuit esse translatum ante traditio-
nem sibi factam. vt in. l. traditionibus. C. de pac. ⁊ ad hoc quod
dixi vide glo. in. l. si ego. s̃. de neg. gest. ¶ In gl. fi. habet igitur
creditor immediate a donante lz mediante ministerio filij. ⁊ ita
2 vult dicere iste tex. ¶ †Ex quo no. ꝙ si aliquid donatur mona-
c cho[c] cum hac conditione vt in aliuz transferat non acquiritur
monasterio. secus si simpliciter nec tunc valeret pactum quod
monasterio non acquiratur. iuxta ea que plene not. in. l. si alie-
3 nam. in princip. de here. insti. per Barto. ¶ †Ultimo oppo. cō
tra finem dum innuit quod quando simpliciter fuit donata pa
ter potest repetere in omnem euentum quod intellige siue ex-
tet siue sit consumpta. et primo casu potest vendicare: vt in. d. l.
si filius in secundo potest condicere sine causa. Sed contra hoc
sm ꝙ si est consumpta non possit condicere sed reconcilietur so
lu. et contingat liberatio ab obligatione naturali. vt. d. l. si fi-
lius. glo. hic et ibi soluit multis modis illa est vera ꝙ si fuit cō
sumpta bona fide a creditore procedit contrarium. Si autem
mala fide non reconciliatur. vt. l. rogasti. in fin. eo. titu. ⁊ potest
condici condictione sine causa. et ita intelligitur hic vel etiam
vtili rei vendica. tanq̃ possidere desierit vel ad exhibendum: vt
d. l. rogasti. §. fina.
2 ☞ Casus in quo lex permittit aliquem locupletari cum alie
na iactura.
3 Filius si de pecunia matuata ad hoc emerit libros vel posses-
sionem creditorem repetentem pecuniam non repellet secus si
ad hoc non sit mutuata.

1 Hoc senatus. †Ista exceptio cōpetit etiam si
pecunia sit salua penes filium
2 hoc dicit. ¶ †Est ergo hic casus in quo. l. permittit aliquez lo-
cupletari cum aliena iactura propter odium mutuantis regu
lariter secus. vt. s̃. de institu. l. si quis mancipijs. §. fi. ⁊ per istū
3 tex. dicit Bald. C. eo. l. macedo. †ꝙ lz filius de pecunia mutua-
ta emerit libros vel possessionē quos vel quam habet penes se
nihilominus creditorem repetentem pecuniam repellet. Sed
contra de. l. sed ⁊ iul. §. si filius. s̃. eodem. sol. vt ibi dixi quia ibi
fuit mutuata ad hunc finem vt conuerteretur in vtilitatem hic
simpliciter sed filius postea a seipso conuertit. tene menti quia
prima facie diceretur contrariuz ꝙ equitas senatusconsulti nō
debeat habere locum nisi quando pecunia non est salua sed cer
te senatuiconsul. fundatur potius in rigore et in odio credito-
ris q̃ in equitate et ista est ratio huius. §. ⁊ satis colligitur ex

a ¶ Aptus. adde Bar. in. l. macedoniani ad macedo. ⁊ qd si fili⁹ haberet bona separata. an hoc casu pater tenet vide p Bal. in. c. bone memorie. ī vlti. co. de postu. prela.

b ¶ Dotādā filiā. Adde diffuse p Barto. in tract. de alimen.

c ¶ Et qcqd donatur monacho. docto. ī aut. īgressi C. de sac. san. ecc. ⁊ p doc. in. c. in p̄sentia. de pba.

isto dum dicit seueritate senatusconsulti non sic quando verti-
tur in vtilitatem patris: vt. s. l. sed ⁊ iul. §. j. ⁊. §. proinde. tūc em̄
cessat etiā si ob hoc non fuit mutuata vt ibi patet expresse istud
est satis mirabile.

2 ☞ Exceptio cōpetens principaliter trāsit in fideiussorem qñ
talis fideiussor si solueret posset a principali repetere. ⁊ quādo
non competat fideiussori.

3 Quando aliquis fideiussit pro filio de voluntate patris cessat
senatuscon. maced.

4 Non omnis tutus exceptione perpetua soluendo repetit: sed
ille demum qui non liberatur ab obligatione inducta odio vel
in penam creditoris.

1 **Non solum.** †Exceptio macedoniani competit
nō solum filio sed etiam patri ⁊ fide
iussoribus filij nisi intercesserint aīo donandi vel volūtate pa
tris. Item tutus hac exceptione soluendo scienter vel per er-
rorem iuris non repetit: h. d. secus si per errorē facti. vt. j. eo. l.
fi. adde alium casum in quo fideiussor filij non habet hanc ex-
ceptionem. s. si induxisset creditorē ad mutuandū dicendo ⁊ as-
serendo ꝙ ille non erat filiusfa. sed sui iuris. l. si vero nō remu-
2 nerandi. §. si qs mandauerit. ver. hoc amplius. j. man. ¶ †No.
regulam in prin. ꝙ tunc exceptio competens principali trāsit
in fideiussorem quando talis fideiussor si solueret posset a prin
cipali repetere ⁊ tunc est ratio quare facta sit quia si non transi
ret talis exceptio non prodesset principali in. l. qd dictum. s. de
pac. ¶ Circa istum articulum aduerte qñ est talis fideiussor q
potest repetere aut exceptio incepit competere principali post
q̄ ille fideiussit tunc transit in fideiussorē. l. exceptione. §. rei. j.
de except. aut cōpetebat tpe quo fideiussit ⁊ tunc aut fideiussor
ignorabat illam cōpetere ⁊ idem vt. l. si postq̄. cū ibi no. in glo.
j. de fideiusso. aut sciebat ⁊ tunc aut si fideiussor solueret ⁊ repe
teret fieret contra ꝓhibitionem. l. ⁊ idem. vt in exceptione ma-
cedo. ⁊ velle. ⁊ transeunt in fideiussorem. vt hic. ⁊. j. ad velle. l. si
mulier. §. si ab ea. nec fideiubendo censetur ille fideiussor illi ex
ceptioni renuntiare: lz faciat eam cōpetere principali sicut nec
ipse principalis: vt patet ex istis. ll. aut non fieret contra ꝓhi-
bitionem legis ⁊ tunc postq̄ sciebat illam exceptionem cōpete
tere principali fideiubēdo vr̄ illi renuntiare ⁊ ea non obstante
velle teneri. vt. d. l. si postq̄. cum ibi not. et hoc qñ fideiussit aīo
donādi alr̄s distinguit̄ aut si fideiussor possit vti exceptione cre
ditor ꝑderet debitum suū qr non esset aliqs contra quez posset
agere ⁊ tunc non potest vti. ⁊ iste est casus hic ⁊ in. d. l. qd dictuz
aut nō perderet creditum suū qr aliquis cōtra quem pōt agere
⁊ tunc secus vt patet in fideiussore mulieris intercedentis. licet
em̄ competat exceptio vellei. tam mulieri q̄ etiā fideiussori nō
tamen cōpetit principali ⁊ sic creditor non ꝑdit credituz suum
lz mulier ⁊ fideiussor eximantur ab obligatione et ꝓpterea fi-
deiussor mulieris etiam si fideiussit aīo donandi pōt vti exce-
ptione vellei. ⁊ iste est tex. cum glo. in. d. l. si mulier. §. si ab ea. de
qua glo. hic que incipit imo opponit ⁊ non bñ soluit sed remit
3 tit ad ibi no. ⁊ melius. ¶ †Itē no. ꝙ qñ aliquis fideiussit pro fi
lio de voluntate patris cessat senatusconsultū intellige taz quo
ad patrem q̄ quo ad filiū q̄ quo ad fideiussorem qr non hz lo-
cum qñ patris voluntas interuenit ⁊ hic censetur totum cōtra
rium approbasse multomagis si ipsemet pater fideiussit pro fi
lio: vt. j. in qui. cau. pig. ta. ꝯtraha. l. si gratuitam. §. fi. tūc em̄ vi
deretur ratificasse etiam obligationē pignoris factam ꝑ filium
4 de re patris qd dic. vt ibi. ⁊. l. dictum. j. qd iussu. ¶ †Ultimo no
ta. in fi. regulā ꝙ non oīs tutus exceptione perpetua soluendo
repetit sed ille demum q non liberatur ab obligatione inducta
odio vel in penā creditoris ille em̄ non repetit. vt. l. qui pene. in
prin. de condi. inde. ¶ Querit gl. si fideiussor soluat nō repetit
ab eo cui soluat sed an repetit a filio dicit ꝙ non qr imputet si-
bi qui soluit cum esset tutus exceptione perpetua contra quaz
gl. opponit videt̄ sibi non imputari cū ista exceptio censeatur
esse turpis qr concernit dūtaxat odium creditoris ergo ⁊c. vt. l.
idemq;. §. ⁊ generaliter. j. man. Solue illud procederet quando
esset talis exceptio turpis qua ipse principalis non posset vti
sed solus fideiussor alr̄s secus: vt patet ex illo text. sed hic pote-
rat vti ipse filius principalis.

2 ☞ Exceptioni macedoniani pōt renuntiari ꝑ patrem quātū
ad se ⁊ idem in fideiussore: ⁊ quid in filio.

3 Exceptioni velleiani qñ possit renuntiari.

4 Ratio quare exceptio macedonia. et velleiani possint opponi
post sententiam et que alie exceptio. possunt oppo. post senten-
tiam. ⁊ nume. 5.

5 Statutum si dicat qd bannito vel nō soluenti onera cōis non
reddatur ꝙ talis exceptio possit opponi in quacunq; parte iu
dicij ad ea que restant fienda non ad facta sicut exceptio excom
municationis.

6 Per senatuscon. mace. non tollitur naturalis obligatio nec ci
uilis nec actio impeditur nasci.

1 **Tamen si non.** ¶ †Licet soluens sibi
preiudicat in exceptio
ne macedoniani si tamen eam non opponit ⁊ ꝑmit-
tit se ꝯdemnari sibi nō preiudicat quominus possit
post sñiam opponere. h. d. cū. l. seq. ⁊ se. satis not. ⁊ videt̄ proce
dere istud dictum tam in filio q̄ in patre quā etiam in fideius-
sore qbus competat vt post sententiam possint eam opponere
si prius non opposuerunt sed si opposuerūt ⁊ super ea fuit co-
gnitum ⁊ ea non obstante fuerunt condemnati ⁊ sñia transiuit
in rem iudicatā non possent in executione opponere ſm Guil.
de cu. ⁊ bene quasi tacite censeatur etiā super illa pronuntiatū
ꝙ non competat ⁊ hoc per ea que habentur in. l. fi. C. de fide in
stru. in exceptione tali ⁊. l. quod in diez. §. si rationē. de compē.
quod no. pro eo quod dixi in. l. eum qui. §. si mulier. ⁊. §. fi. de iu
2 reiuran. ¶ †Queritur primo an exceptioni macedoniani pos
sit renuntiari. dic ꝙ per partem sic quantū ad se siue filius ad-
huc est in ꝑtāte siue sit emancipatus. vt. s. eo. sed ⁊ iul. §. pe. ⁊ tā
tacite q̄ expresse. ⁊ idez videtur in fideiussore filij ipse aūt filius
nec tacite nec expresse pōt renuntiare tpe quo est in ꝑtāte pa-
tris postea sic tā expresse q̄ tacite. vt. d. l. sed ⁊ iul. in fin. videtur
autem tacite quando incipit soluere ⁊ sic ꝓpter aliquod factū
sed propter non factum. puta si non opposuerunt exceptionē
non videntur renuntiare vt est casus in hac. l. tametsi. que loqui
3 tur indistincte et sic etiā in casu quo possent renūtiare. ¶ †Itē
queritur quid in exceptione velle. glo. dicit ꝙ ei bene potest re
nuntiari. tu dic ꝙ istud non est verum indistincte sed solum: in
iudicio nisi post renuntiationem transiret biennium qd dic vt
in. l. fin. §. fina. j. ad velleia. ⁊. C. eo. l. si mulier. ⁊ ideo. l. fina. nota.
4 ¶ †Tertio quero q̄ sit ratio ꝙ exceptio macedo. ⁊ vellei. pos-
sint opponi post sententiā cū regula sit in contrarium: vt. l. per
emptorias. C. sñiam rescind. non posse. respondeo in exceptio.
macedo. est ratio quia illa opponitur magis contra personam
creditoris q̄ contra intentionem cum sit inuēta propter illius
odium ſm Guil. de cu. contrarium autem procedit in exceptio
nibus que opponuntur contra intentionem. nam intentio seu
actio per sententiam alteratur ⁊ roborat̄ sed ꝑsona non muta-
5 tur nec odium ſm eum que verba sunt notanda. †nā ex eis pa-
tet si statutum dicat ꝙ bannito vel non soluenti onera commu
nis non reddatur ius ista exceptio concernit personam agen-
tis non intentionem. ⁊ ideo in quacunq; parte iudicij et etiam
post sententiam talis exceptio pōt opponi ad ea que restāt fien
da non autem ad ea que facta sunt sicut exceptio excommuni-
cationis. vt in. c. j. de except. lib. vj. nisi talis exceptio personam
concernens cuius vitium purgetur in contestati. lit. vt est exce
ptio procuratoria tu non potes esse procurator que post litem
contest. non potest opponi vt in. l. ita demum. C. de procu. ⁊ ita
declarat Bar. lz Guil. hic non allegetur. s. de condi. inde. l. ele-
ganter. §. si post in exceptione vero vellei. quare possit opponi
post sñiam declarat Bar. in. l. j. C. de iur. ⁊ fac. igno. quia si non
apponeret cēseretur nouiter intercedere ⁊ in omni intercessio
ne iuuaretur. sunt et alie plures exceptiones que possunt op-
poni post sñiam. de quibus gloss. hic tangit ⁊ plenius in. d. l. j.
6 ¶ †Ultimo no. ꝙ per senatusconsultum non tollitur natura-
lis obligatio. sed certe nec ciuilis nec etiam actio impeditur na
sci. vt no. s. eo. l. j. in glo. ver. petitio.

1 **Si tantum.** †Sola patientia patris fa-
cit cessare senatusconsultum
⁊ reuocatio iussus vel mandati que non venit in no
titiam aduersarij sibi non preiudicat ⁊ filius qui se
obligat pro mutuo alteri facto nō iuuatur macedoniana. hoc
dicit. cum. l. sequen.

2 ☞ Senatusconsultum macedonia. licet non extēdatur de pe
cunia ad alias res numerabiles nec de cōtractu mutui ad aliū
contractum tamen extenditur de ꝑsona filij ad ꝑsonā nepotis.

3 Uerbum familias adiectum filio importat: id est in patris po
testate.

4 Qui non est legitimus a se sed indiget ab alio legitimari non
potest alium legitimare.

5 Si concessi tibi rem in emphyteosim vel feudum: et tu eodem-
modo alteri: et secundus vult vendere quod sit requirendus
consensus meus non tuus: et ego debeam recipere commoduz
laudationis non tu.

1 **Filium habeo.** †Senatusconsultū
qd loquit̄ in filiofa.
habet etiam locum in nepotibus constitutis in po-
testate aui ⁊ ad hoc per senatusconsultum nō suffi-
cit voluntas patris sed requiritur voluntas aui in cuius est po
2 testate. h. d. ¶ †Nota. ex primo dicto ꝙ licet senatusconsultum
nō extendatur

non extēdatur de pecunia ad alias res numerabiles. vt. s. e. s; iul. §. mutui. nec de cōtractu mutui ad alium contractū. vt. s. e. l. si filius. §. j. bene tn̄ extenditur de persona filij ad personam nepotis. Sed contra de. l. si vero. §. de viro. solu. ma. vbi consti tutio odiosa vel contra ius cōe non extenditur de persona ad personam. So. dicit Bal. C. e. l. pe. q istud ideo est qr senatuscō sultum loqtur de filio cū adiectione qualitatis dicendo filiosa.
3 †q verbū familias importat. i. in patris potestate constituto. patria potestas est causa vt habeat locum senatusconsultum et in hoc principaliter fundat̄ cū ergo ista qualitas reperiatur in nepote non dicitur extensio de persona ad personā sed potius
4 idētitas que ratio est pulchra ꝛ subtilis. ¶ †Ex secundo dicto no. tex. in fi. q ille qui non est legitimus a se sed indiget ab alio legitimari non potest alium legitimare. cōcor. sunt in gl. ꝛ in-
5 ducitur† per Guil. de cu. vt si cōcessi tibi rem in emphyteosim vel in feudum et tu eodem modo alteri concessisti et secundus vult vendere q sit requirēdus consensus meus qui fui primus dator nō consensus tuus ꝛ ego debeo recipere cōmodū laudationis non tu. j. de ser. expor. l. si titius. post prin. ibi potior habendus est.

1 **Nihil interest.** †Allegat̄ ista. l. cū glo. ad. q. si aliqua ciuitas sit lesa in aliquo ɔtractu vel snia vel in prescriptione vtrum cōpetit sibi restitutio in integ. per. l. respublica. C. ex qui. cau. ma. ꝛ allegatur q non qr respublica nō dicitur esse penes ciuitates que recognoscunt superiorem qr loco priuatorum habentur vt patet ex ista. l. cum gl. ꝛ habet̄ loco maiorū non loco minorum: vt patet hic iuncta. l. iij. §. fi. ꝛ facit l. eum qui vectigal. de ver. signi. dicitur ergo respublica penes imperium ꝛ dicebat̄ olim penes vrbem romanā. Itē penes ci-
a uitates q̄ non recognoscunt superiorem[a] vt Venetias ꝛ Florētiam que dicuntur habere fiscum ꝛ iura fiscalia ex statutis eoꝝ non; autem penes ciuitates eisdem subditas in quibusdam tamen habent priuilegium tales ciuitates subdite. vt in casu. l. fi. de sacrosan. eccl. de dicta questione vide plenissime per Cyn. ꝛ alios in. d. l. respublica.

2 ☞ Si constitui te absentem procuratorem: ꝛ mitto tibi instrumentum pcurationis ꝛ recipiendo non contradicis censeris recepisse officium.

1 **Si filiusfa.** †Not. istam. l. singularem q si recipis aliquaꝫ literam in qua continetur aliquid quod tendit in tui preiudicium ad hoc vt non videaris consentire requiritur quod statim expresse confitearis quod non consentis alias recipiendo et tacendo videaris consentire quod perpetuo tene menti. et ita dicit Barto. post Guil. de cu. s. de constitu. pecu. l. titius. in fin. vbi omnino vide et bene facit clemen. j. de procura. vbi
2 habetur† quod si constitui te absentem procuratorem et mitto tibi instrumentum procurationis eoipso q recipio instrumentum et non contradicis censeris recepisse officium ꝛ loquitur ista. l. de actu in quo ad sui essentiam vel efficaciam requirebatur consensus absentis. ¶ Item quando quis scripsit se de mādato illius facit iste tex. q si te presente et tacente aliquid facio tuo nomine qđ tendit in tui preiudiciuꝫ videaris assentire. Si autem meo dic vt no. in. l. caius. s. de pigno. actio. ꝛ vide hic q nota glo. in. c. cum olim. in glos. iij. de offic. delega. ꝛ. j. manda. l. qui patitur. cum alijs not. ꝛ Inno. in. c. veniens. de fi. presby. de rescrip. c. ex parte decani. Bar. in. l. licet. in fin. C. de procura. et Bal. in. l. fi. C. de re iudi.

2 ☞ Instantia incboata cuꝫ filio super actione principali qua ipse tenebatur ipso filio mortuo transit in patrem vt condemnetur de peculio.
3 Filiusfamilias quod hodie habeat heredem ꝛ pater ei succedit vt heres.
4 Pro obligatione extincta non potest accedere fideiussor. et idem anteq̄ sit extincta sed sub conditione ꝛ ante conditionem extingueretur.

1 **Creditorem.** †Mortuo filiosa. obligatio qua ipse tenebat̄ extinguit̄ ꝛ nō transit in patrē licet sit successor vniuersalis in peculio qr non est heres iure isto. ꝛ ideo pro tali obligatione extincta non potest recipi fideiussor. h. d. no. Et primum dictum procedit de iure isto quo filiussa. nō habebit heredem ab intestato vnde ipso mortuo non reperiebat̄ aliquis qui succederet in vniuersum ius eius et illius personaꝫ representaret merito obligatio qua tenebatur extinguitur necessario qr non erat persona vera vel ficta penes quam resideret et ipsa non potest stare in aere. eodem modo dicitur extingui quando quis decedit sine herede: vt no. in. l. postq̄. in prin. vt le. no. ca. ꝛ. l. stichum. in fi. prin. de solu. ꝛ licet pater succederet in peculio tamen non dicitur heres sed vniuersalis successor in illo peculio non quo ad omnia ꝛ sic non representabat p
2 sonam filij oīno: †instantia tamen incboata cū filio sup actione principali qua ipse tenebatur ipso filio mortuo bene trāsit in patrem vt cōdemnet̄ de peculio: vt est casus no. in. l. tam ex contractibus. in prin. s. de iudic. qđ est mirabile vt nō transeat actio quia filius tenebatur ꝛ tn̄ transeat instantia sup illa actio
3 ne intentata. †hodie vero filiusfa. habet heredem ꝛ pater ei succedit vt heres sic non haberet locū ista. l. in primo dicto qr obli
4 gatio non extingueretur ꝛ hoc vult glo. j. ¶ †Item no. ex secūdo dicto quod pro obligatione extincta non potest accedere fideiussor ꝛ sic accessisset anteq̄ extincta sed sub conditione et ante conditionis euentum extingueretur conditio postea existēs non faceret obligationem fideiussoriam committi vel purificari quia non reperitur extremum habile vt in. d. l. postq̄. cum ibi nota. ꝛ. l. quoties. in fi. de noua. ¶ Oppo. q si iste fideiussor accessit de voluntate patris post mortem filij valeat fideiussio quia pater censetur approbasse contractum. vt. s. eo. sed si pater. §. non solum. ibi. sed si non donandi animo ꝛc. Solu. ibi qn̄ filius viuebat et sic subsistebat obligatio principalis qua ipse tenebatur hic vero erat extincta: vnde approbatio patris non faciebat eam reuiuiscere. et hoc probatur in. l. qui contra. j. de fideiussori. quod autem hic in fine. dicitur quod bene potest pater dare fideiussorem pro obligatione de peculio procedit eo casu quo per mortem filij obligatio de peculio non extinguitur in contractibus non prohibitis in quibus datur infra annum post mortem filij. vt. j. quando actio de peculio est an. per totum sed hic viuente filio non dabatur actio contra patrem de peculio efficaciter cum etiam patri competeret exceptio. vt dicto. §. non solum. vnde etiam si pro eo dedit fideiussorem ex quo tamen per hoc non ratificatur contractus propter rationem quam supra dixi non videtur quod teneat fideiussio. et istud voluit hic glos. ij. in prima solutione que est vera per dictam. l. qui contra. de fideiussorib⁹. vbi indistincte dicit̄ non teneri fideiussorem et sic siue pro obligatione filij siue pro obligatione patris.

1 **Iulianus.** ¶ †Hec exceptio non competit nisi contra eum qui sciuit eu[a] se filiumfami. hoc dicit. In dubio presumitur ignorare nisi publice sciatur contrarium: quia ea que publice per omnes sciuntur presumitur quis scire: vt. j. de iuris ꝛ fact. ignoran. l. regula. §. j. alias presumitur ignorantia vt. l. verius. j. de probatio. non tamen prodest nisi iusta. vt. l. iij. in princip. s. eo. ꝛ iusta presumitur ex quibusdam de quibus ibi alias non nisi probaret se diligenter inquisiuisse et non potuisse veritatem scire per. l. cum alio. de regu. iur. et hoc voluit glos. hic posita quam ita declara.

a ¶ Ciuitatesque nō recognoscūt superiorem. Ad de Alb. in. l. hostes. de captiuis.

2 ☞ Filiusfa. tutus exceptione maced. soluendo qualiter possit errare in facto: ꝛ an solutum repetat. ꝛ nu. 1.

1 **Is cui.** ¶ †Ignorātia facti prodest etiā ei qui tutus est exceptione odiosa vt promittendo vel soluendo eam non perdat. hoc dicit. Differentia ergo que est in. l. qui exceptionem. de condictio. indebi. inter odiosam ꝛ fauorabilem procedit quando errauit in iure non quando errauit in facto: vt hic nec quando scienter soluisset: quia tunc vtramq̄ perdit quod tamen est verum si factus sui iuris solueret vel promitteret prout erat hic quia illo tempore poterat renuntiare exceptioni etiam odiose. vt. s. sed et iulianus. vt in fine. secus si adhuc erat in potestate alias enim etiam si scienter soluisset vel promisisset non posset sibi preiudicare. vt dixi. s. eodem. l.
2 tametsi. ¶ †Qualiter autem iste potuit errare in facto gloss. dicit quia credebat se teneri ex alio actu q̄ mutui quod non placet quia cum ipse contraxerit non potest in hoc pretendere iustam ignorantiam. Pone ergo in exemplum si credebat patrem consensisse qui forte fuit absens: et ipse sibi scripsit relatum fuit sibi quod non contradixit. vt. s. eodem. l. si filiusfami. et sic putabat se efficaciter teneri cum tamen in contrarium est veritas.

¶ De peculio. Rubrica.

¶ An actio de peculio oriatur ex naturali et ciuili obligatione an ex ciuili tantum vide per Barto. in. l. frater a fratre. s. de condictio. indebi.

2 ☞ Peculij diffinitio et etymologia eius remis. ꝛ que actiones dentur ex eo.
3 Edictum de quo hic habet tria capita. primū de peculio. secundum de in rem verso. tertium est in iussu.


Rdinarium autē. Post a
ctiones
que dantur ex contractu filij vel serui insolidū
contra patrem vel dominum vt institoria ⁊ ex⸗
ercitoria vel quasi insolidum vt est tributoria
1 †in isto titu.cum sequenti tractatur de illisque
nec dantur insolidum vel quasi vt est actio de peculio que da⸗
tur vsq̄ ad vires peculij et actio de in rem verso.que daẗ qua⸗
tenus est versum et actio ꝙ iussu que daẗ quatenus est iussus.
2 hoc dicit tex.cum glo.†diffinitio autem peculij ponitur.j̄.eod.
l.depositi.§.fina.et etymologia eius ponitur in.§.precedenti.
¶Et qualiter et quando dicatur peculium concessuʒ habetur
j̄.eo.l.peculia.dicitur autem peculium vniuersitas iuris com⸗
prehendens etiam corpora.vt not.j̄.de euict.l.j.et prout sumi⸗
tur in isto titu.non nisi in illis qui sunt sub aliena potestate.vt
in.l.fi.C.de inoffi.testamen.⁊ non dantur de peculio nisi actio⸗
nes personales non autem reales vel mixte.vt.s̄.de pe.hered.
3 l.si a domino.¶†In tex.ibi ad hūc.scilicet ad hoc edictum ha
bes tria capita.primum est de peculio.secundum est de in rem
verso.tertium est quod iussu ex quibus facti sunt tres tituli di⸗
uersi non autem intelligas ꝙ qui agit de peculio dicatur age⸗
re de in rem verso.vel ꝙ iussu vel ecōuerso ⁊ hoc voluit hic gl.
que incipit hoc ideo.
2 ☞Ex quibus causis aliquis mihi acquirit ex eisdem potest
etiam me obligare.

1 **Si cum impubere.** †Nota casum in quo
nō datur actio de pe
culio nisi quatenus peculium est locupletatū ⁊ gl.ponit alios
ex quo sequitur ꝙ extra illos datur actio vsq̄ ad vires peculij
etiam si in peculium nihil versum est qualitercūq̄ seruus con
2 traxerit.†Item not.in.l.ex ea ꝙ ex quibus causis aliquis mi⸗
hi acquirit ex eisdem potest etiam me obligare quod facit ad
no.per Bar.in.l.procurator qui pro euictione.s̄.de procura.⁊
per.l.solutum.§.per liberam.de pig.act.⁊in.l.frater a fratre.de
condi.inde.nam seruus in quo habeo vsumfructum acquirit
mihi ex re mea ⁊ ex opere suo ⁊ ex eisdem causis contrahendo
datur contra me actio de peculio.

a ¶Laudū emologari.Doct.in.c.qntauallis de iureiuran.

1 **Jcet pretoris.** †No.mirabile ī hoc
princ.ꝙ licet seruus
hereditarius sit in domino hereditatis non tamē in
potestate aliena ⁊ sic ꝑsona ficta vt est hereditas nō
potest possidere.vt.l.j.§.sceuola.si qs test.li.esse ius.fue.ita non
potest habere aliquem in sua potestate q̄ tamen speratur effi⸗
ci in potestate heredis futuri ex contractu celebrato cuʒ illo da
tur actio de peculio contra hereditatem iacentem ⁊ contra he⸗
redem postea adeuntem ⁊ ipsummet seruum si ex substitutione
efficiatur heres ⁊ hoc intendit iste tex.
2 ☞Pupillus vel minor qñ conducit domum vel recipit vxo
rem ⁊ dotem ꝙ inuecta ⁊ illata vel etiam sua bona immobilia
tacite obligentur ex dispositione legis non interueniente tuto
re vel curatore vel decreto iudicis.
3 Tutor et procurator furiosi non possunt concedere peculium
seruo pupilli.

1 **Parui autem.** †No.hic in ver.nō eñ qđ pupil
lus sine tutoris autoritate po⸗
test obligari ex contractu alterius in casibus in quibus maior
pupillo obligatur.ratio est q̄ ista obligatio descendit ex dispo
sitione legali q̄ non indiget tutoris autoritate facit ad no.in.l.
2 certi iuris.C.loca.⁊.l.si constante.sol.ma.†qñ pupillus vel mi
nor conducit domū vel recepit vxorem ⁊ dotem vtrum inuecta
⁊ illata vel etiā bona sua immobilia tacite obligentur ex dispo
sitione legali non interueniente tutore vel curatore vel decreto
iudicis sine quibus per ipsum minorem non possent expresse
obligari.vt in ti.de rebus eorū.⁊ iste tex.facit ꝙ sic cum sit lega
lis obligatio ⁊ non prouenit ex contractu sed ꝑpter ꝯtractum
3 inducitur a.l.¶†No.etiam ꝙ tutor ⁊ procurator furiosi nō pos
sunt concedere peculium seruo pupilli qđ ergo primo dixerat
loquitur qñ fuerat processum a patre qui mortuus erat et per
mortem non finitur concessio.
2 ☞Si statutū dicat ꝙ lauda mittantur executioni et ꝙ nulla
exceptio possit opponi:tñ poterit opponi exceptio ꝙ non va⸗
luit cōpromissum q̄ si hoc est non dicitur laudum.
3 In iudicijs quasi ꝯtrahitur ⁊ sunt duo quasi contractus et ex
lit.contest.obligatur vtraq̄ pars in instantia iudicij.⁊ ꝙ cete⸗
ri actus fieri possint contra absentem ⁊ contumacē vsq̄ ad sen
tentiam inclusiue.
4 Non inspicitur origo iudicij.i.actio super qua agitatū est:sed ti
tulus actionis orientis ex iudicio puta iudicati.
5 Si filius fuit defensus tunc si fertur sententia contra eum sup
eius obligatione potest executio fieri contra patrem in pecu
lio profectitio.
6 In actione de peculio est dare obligationē:⁊ sic ꝙ sit natiua.
7 Argumentum ꝙ fiat de iudicio ad stipulationem.
Si offeratur libellus contra principalem ⁊ ꝓcurator respon⸗
deat an fiat lit.contest.ibi.

1 **Si filiusfa.** †Si seruus intercedat pro alio nō da⸗
tur ex hoc actio de peculio contra do⸗
minum secus si pro dño nec etiā qñ compromittit q̄ non valet
compromissum qđ equiparatur iudicio ⁊ seruus nō potest esse
in iudicio filius vero fa.intercedendo pro alio vel compromit⸗
tendo patrem obligat de peculio etiam litigando si contra euʒ
feratur snīa etiaʒ in causa ex qua originaliter non datur actio
de peculio.Item delinquendo nec filius nec seruus faciunt in
patrem vel dñm actionem dari de peculio sed solum contrahē
do vel quasi contrahendo.h.d.vsq̄ in fi.⁊ in isto.§.j.ponit ca⸗
sum quando intercessisset fideiubendo postea quando mandā⸗
do vt ex litera colligitur.⁊ adde.j̄.de fideiusso.l.seruus inscio.
2 ¶†Guil.de cu.allegat istum.§.si seruus.si statutū dicat quod
lauda mittantur executioni ⁊ quod nulla exceptio poterit op⸗
poni nihilominus poterit opponi exceptio ꝙ nō valuit com⸗
promissum q̄ si hoc est non dicitur laudum ⁊ statutum loqui⸗
tur de laudo pro hoc qđ no.Bar.in.l.j.in prin.j̄.qđ vi aut clam
a ⁊ isto casu non poterat laudum emologari[a] de cōfir.vti.vel in⸗
uti.c.examinata.facit quod no.Ber.in.l.ij.§.pretor.s̄.qui satis
da.cog.Bald.refert hoc dictum Guil.⁊ tenet expresse.C.de exe⸗
cu.rei iudi.l.ij.⁊ ponit etiam de quibusdā alijs exceptionibus
3 que possunt opponi non obstante statuto.¶†Iste.§.sed si fi⸗
lius ante fi.semper allegatur ꝙ in iudicijs quasi contrahatur.
⁊ sunt duo quasi contractus vnus celebratur lite contestata.et
ex hoc obligatur vtraq̄ pars in instantia iudicij.et de hoc loq
tur glo.in.l.ij.in fi.de preto.stipu.cuius effectus est quia ceteri
actus ex post fieri possunt contra absentem ⁊ contumacem vs⸗
q̄ ad sententiam inclusiue non fit ante lit.contesta.Secundus
quasi contractus celebratur in ipsa sententia per quam obliga
tur ad id qđ in snīa contineẗ.⁊ de hoc loqtur iste tex.cum glo.⁊
adde qđ no.in.l.de etate.§.qui interrogatus.de interrog.act.⁊
4 in.l.amplius.rem ra.ha.¶†Item no.hic:ꝙ nō inspicitur ori⸗
go iudicij.i.actio super qua agitatum est sed inspicitur titulus
actionis orientis ex iudicio puta indicati licet enim originalis
actio sit ex delicto ⁊ sic non datur contra patrem vel dominum
de peculio descendens tamen ex sententia non est ex delicto sed
ex quasi cōtractu.⁊ ideo datur ei istum passum que actio inspi⸗
ciatur.vide per Bar.in.l.tutor.j̄.de fideiusso.⁊.C.ad macedo.l.
5 si filius.per Cyn.¶†Et ex isto text.videtur ꝙ si sententia lata
est contra filium super obligatione qua ipse tenetur possit fieri
executio contra patrem in peculio profectitio quod est verum
si filius fuit defensus al's secus.argu.in.l.si ideo.j̄.de euict.et.l.
qui repudiantis.in fi.de inoffi.testa.de quo vide per Barto.in
l.si filio.solu.matri.⁊ no.in.l.si condemnatus.s̄.de noxali.C.de
his qui bo.ced.poss.l.pe.per Cyn.⁊ adde quod idem Bar.not.
6 in.l.si finita.§.si de vectigalibus.de dam.infec.¶†Item nota.
in isto.§.sed si filius.in ver.obligari patrem ⁊c.ꝙ in actione de
peculio est dare obligationem et sic patet ꝙ non est datiua sed
natiua vt hic patet coniuncta.l.iurisgentiuʒ.§.et ideo puto.s̄.
de pac.quod est contra Pet.et Cyn.qui dixerunt in.l.dominū
C.qđ cum eo.ꝙ erat datiua qđ declara vt plene not.Bart.in.l.
frater a fratre.s̄.de condi.indebi.⁊ ꝓbatur etiam qđ dixi.j̄.eo.
7 l.depositi.in prin.in verbo obligatur.¶†Item no.in ver.nā
sicut ꝙ fit ar.de indicio ad stipulationem vnde est ar.ꝭm Bar.
ꝙ si offertur libellus contra principalem ⁊ procurator respon
deat non fiat lit.contesta.sicut si vnus interrogaretur alius re
sponderet contrarium tamen ipse determinat quia in iudicijs
procurator acquirit domino sine cessione.vt.l.in cause.in fi.s̄.
de procura.qđ non est in stipulatione.facit.C.de epis.⁊ cle.aut.
causa que fit cum monacho ⁊ ista equiparatio de qua hic non
est bona per omnia ꝭm eum.
2 ☞Peculium quid sit.
3 Statutum si dicat qđ maritus lucretur dimidiam dotis date
si vxor decesserit in matrimonio:⁊ dos fuit promissa ⁊ non tra
dita an lucretur.

1 **Peculium est.** †In concessione pecu⸗
lij requiritur voluntas
dñi vel patris expressa vel tacita ⁊ etiam realis tra⸗
ditio vera vel ficta sed in diminutione peculij volū⸗
tas non requiritur sed etiā ipso ignorante potest diminui.hoc
dicit.vsq̄ ad.§.si ere alieno.iuncta etiam.l.quaʒ tuberonis.§.
sunt quidā.⁊.l.non statim.j̄.co.in prin.l.ibi nō id cuius seruus
seorsum a ratione domini supple domino ignorante vt ptʒ.j̄.
2 in.§.ex his.vbi declarat qđ hic dicit.¶†In tex.nam eum.vult
dicere ꝙ concessio peculij dependet ex voluntate dñi:et ideo
non est

non est inspiciendū illud quod facit seruus sed id quod voluit
dñs. vnde si seruus aliqđ habet dño ignorante illud nō est pe
culium si aūt dño volēte illud est peculiū etiam interdū si sit vo
luntas nuda sine aliqua traditione vt si dimisit seruo illud in
quo seruus sibi tenebatur. nam illud efficitur peculiū: qꝛ lʒ nō
interuenerit traditio vera cēsetur interuenisse ficta qꝛ dimittit̄
vt. l. qua ratione. §. interduʒ. de acqui. re. dñio. non sic si non di
mitteret sed ꝓmitteret ⁊ nondum tradidisset nam in illo nō cō
sistit peculium: vt in ver. si vero. consistit etiam peculium in eo
qđ seruus habet sciente dño. vt in. §. sunt quidam. lʒ a domino
3 illud nunꝙ fuerit traditum sed per seruum acqsitū. †⁊ no. tex.
ibi re enim et non verbis ad questio. statuti dicentis ꝙ mari
tus lucretur dimidiam dotis date si vxor decesserit in matri
monio ⁊ dos fuit promissa ⁊ non tradita an lucretur et est hic
arg. ꝙ non est. ista questio tangitur per Barto. in. l. iubemus.
C. de sacrosanc. eccle. nam videtur distinguendum aut fuit in
mora ille qui debebat tradere: quia maritus inceperat sustine
re onera matrimonij. et habetur pro tradita. hinc est quod ex
a tunc tenetur ad vsuras et sunt licite[a] etiam hodie. vt not. in. l.
insulam. §. vsuras. solu. matrimonio. ⁊ in. c. salubriter. de vsu.
aut non inceperat sustinere onera matrimonij ⁊ tunc dos nō
erat tradenda et si fuisset tradita fructus interim percepti ef
ficiuntur dotales nec cedunt lucro mariti vt. l. dotis fructus. ff.
de iur. do. vnde tunc non lucraretur qꝛ nec est tradita nec habe
tur nec debet haberi pro tradita.
2 ☞ Habens feudū antiquū si decedat sine liberis feudū nō re
uertitur ad dñm: sed ad agnatos vel descēdentes ab eo qui pri
mo loco fuit inuestitus: ⁊ qđ in feudo nouo.
3 Habens feudū antiquū si cōmisit feloniam vel delictum ꝯtra
dñm propter qđ poterat priuari ⁊ remittatur: an tunc dicetur
feudum nouum.
4 Aliud est peculiū ⁊ aliud sunt res peculiares sicut aliud ē dos
⁊ aliud res dotales.

1 **Si ere alieno.** †Licet peculiū dicitur deducto eo qđ debetur dño anteꝙ tamē
ꝙ fiat realis deductio nō desinūt res esse peculiares ⁊ si debitū
dimittatur peculiū reintegratur ac si nunꝙ fuisset diminutum
⁊ non dicitur nouū sed vetus. h. d. ⁊ semper allegatur propter
2 glo. que est hic que inducit ad. q. de feudo. †nam si aliquis ha
b bet feudū antiquum.[b] i. qđ non habuit originē in sua ꝑsona sʒ
in persona ascendentiū suorū ⁊ ipse decedat sine alijs feudū nō
reuertitur ad dñium sed ad agnatos si quos habet vel descen
dentes ab eo qui primo loco fuit inuestitus: vt in ti. de gradi
bus succedendi in feudo in vsi. feu. sed si habet feudum nouum
i. qđ habuit originem in sua persona quia ipse primo fuit inue
stitus si decedat sine liberis reuertitur ad dominum non auteʒ
3 transit ad agnatos vt ptʒ ex illo titu. †pone ergo in primo ca
su quando habebat feudum antiquum ꝙ ipse cōmisit feloniaʒ
vel delictum cōtra dominum propter quod poterat feudo pri
uari dominus remisit sibi hanc feloniam voluit ipsum priua
re an istud dicetur vetus ꝓut prius erat ⁊ sic transeat ad agna
tos si decedat sine liberis an aūt nouū vt sic reuertat̄ ad dñm.
⁊ iste tex. ꝓbat ꝙ dicatur vetus nam nō est priuatus ipso iure
sed reqritur sñia priuatiua āteꝙ ergo feratur nō desijt esse feu
4 dū vt in tit. de feu. sine cul. nō amit. ¶ †In casu aūt istius. §. no
tandū ꝙ aliud est peculiū aliud sunt res peculiares ꝙ peculiū
est vniuersitas iuris. res aūt sunt corporales sicut aliud est he
reditas aliud est res dotales ⁊ aliud est dos aliud res dotales.
vt. l. quod dicitur. ⁊ ibi no. de impensis. ergo aliquid debet do
minus seruo statim vniuersitas peculij ipso iure minuitur qđ
patet qꝛ in diffinitione peculij dicitur deducto eo quod domi
no debetur. vt in. l. proxi. in fin. ⁊. l. sed ⁊ si dānum. §. j. non tamē
res desinunt esse peculiares quousqꝫ taliter fuerunt deducte:
vt hic. ⁊. j. eo. si noxali. s. est autem. cū seq. vbi hoc colligitur me
rito igitur fit integratio si debitum dimittatur sed si desijssent
esse peculiares secus esset ideo in questione feudi videtur esse
distinguendum an esset casus in quo esset priuatus ipso iure ⁊
tunc desijsset esse feudū et reinciperet esse feudum nouum an
non erat priuatus ipso iure sed veniebat priuandus regulari
ter ⁊ tunc habet locum ista glo.

1 **Non solum.** †In peculij cōcessione fienda vicario sufficit consensus serui ordina
rij. h. d. ⁊ ratio est. qꝛ etiam cōsensus dñi censetur interuenisse q
eo ipso ꝙ cōcessit peculium seruo ordinario videtur concessisse
licentiam constituendi seruo vicario ⁊ hoc est qđ dicit. l. diffini
tio. j. eo. que sequitur post. l. seq.
2 ☞ Ex delicto licet non detur actio de peculio cōtra patrem
vel dominum quando dolus purgatur per actionem ex deli
cto tamen quando purgatur per actionem descendentē ex con
tractu bene datur.
3 In iuramento quasi contrahitur non vere.
4 Filius vel seruus habens liberam administrationē peculij an
possunt iuramentum deferre.

1 **Depositi.** †Actio de peculio datur ex contractu depositi ⁊ etiā precarij ex
2 iuramento. h. d. ¶ †Et sic not. hic. ꝙ licet ex delicto
non detur actio de peculio contra patrem vel dñm
qñ dolus purgatur per actionem ex delicto. vt. s. eodem. l. iij.
§. fina. quando tamen purgatur per actionem descendētem ex
contractu vt si committitur dolus in contractu depositi qꝛ non
agitur actione de dolo que descendit ex delicto sed ex actione
depositi bene datur de peculio vt hic sic et alibi est differentia
quia quando purgatur per actionem ex delicto datur contra
heredem quatenus ad eum peruenit et non vltra ante litem
contesta. vt. C. ne ex delic. defunc. l. vnica. et. l. j. ff. de priua. delic.
sed quando per actionem descendentem ex contractu datur in
solidum. j. deposit. l. si hominem. §. datur. vbi probatur predi
3 cta doctrina. ¶ †No. etiam in isto. §. j. ꝙ in iuramento quasi cō
trahitur non autem vere contrahitur et sic intelligitur. l. qui
iurasse. in fin. de iureiuran. ¶ In tex. ibi: sed in seruum diuer
sum est: ideo dicitur quod seruus nō potest esse in iudicio: ideo
delatio iuramenti ab eo facta non potest habere vim iudicij. ⁊
4 ad hoc. s. eodem. l. iij. §. si seruus. †et distingue quod aut non
habebat liberam administrationem peculij: ⁊ tunc nec seruus
nec filius possunt iuramentum deferre sicut nec procurator: vt
s. de iureiurand. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. fina. ⁊
l. seruus. cum. l. sequen. aut habent liberam administrationem
⁊ tunc aut deferunt extra iudicium et quilibet eorum potest de
ferre et sic non deferunt aut in iudicio ⁊ tunc habeat locum iste
tex. vt filius possit deferre seruus non. et sic non intellige et li
mita glo. que incipit imo.

a ¶ Et sunt licite. adde doc. in. c. in ciuitate. ⁊. i. c. nauiganti. extra de vsu.

1 ☞ Peculij nomen vnde deriuatur ⁊ ꝙ potius sit inspicienda
diffinitio ꝙ allusio.

1 **Peculium.** †No. hic allusionem vocabuli sed ponamus ꝙ in peculio erat cōcessa ma
gna quantitas: respondeo adhuc dicitur peculium quia allu
sio vocabuli non necessario concludit et potius est inspicienda
diffinitio ꝙ allusio quando inuicem contrariantur: vt no. per
Barto. ff. de testa.

b ¶ Feudum antiquū. adde qđ dicatur feudū antiquū. vide p bal. aut. defuncto. C. ad tertul. Oldr. ꝯs. clxxviij. pau. de ca. ꝯs. cliiij.

2 ☞ Patientia informis que dicatur ⁊ que formis.
3 Si patior te ire per fundum meum iure seruitutis qualiter pre
sumatur titulus.
4 Si duo fratres habentes bona communia possederunt ipsa
separatim per longum tempus presumuntur bona diuisa si
sunt quasi equalia.
5 Pater si longo tpe passus est filiū tenere aliquā hereditatem
presumit̄ sibi consensisse adeundo ⁊ econuerso.
6 Titulus qñ presumatur ex patientia longi tpis. ⁊ nu. i.
7 In concessione libere administrationis reqritur specialis ex
pressio ⁊ non venit in generali: ⁊ q̄ verba importent liberā ad
ministrationē. ⁊ q dicantur eam habere.
8 Paria sunt cogitasse de aliquo in specie vel genere.
9 In remissione generali ꝙ etiam veniant ignorata. si remittens
fuit huius propositi.

Clam tuberonis.

1 **Sunt quidam.** †Bar. alleg. istum tex. in multis locis
ꝙ formis patientia in his q̄ sunt modici preiudicij habetur ꝓ
cōsensu ⁊ tribuit titulum. secus in his q̄ sunt magni preiudicij
2 vt seq. ver. ibi alia causa ⁊c. †dicitur aūt informis qñ patior te
nere ⁊ possidere rem meā vel aliqđ in ea facere ꝙ non cadit in
aliquā speciem contractus al's diceretur formis vt si paterer te
vendere vel donare rem meam sicut dicimus in iuramento for
miter vel informiter prestito in. l. si duo. §. si quis iurauerit. s.
de iureiur. ⁊ habetur pro consensu et pro titulo qꝛ videtur hic
dominus patiens concedere in peculium: qꝛ istud est modicuʒ
preiudicium non concedatur ad dñium sed sola administratio
nec etiaʒ potestas alienandi dominium sed libera administra
tio per quam conceditur potestas alienandi non censetur con
cessa ex tali patientia: vt in versicu. sequen. et per istam doctri
nam ipse determinat plura in. l. j. cum de in rem verso. de vsu. ⁊
in. l. j. §. penu. de aqua plu. arcen. ⁊ in quadā questione disputa
ta per eum que incipit mulier habens largum patrimonium
3 in solutione. q. ⁊ inter alia †si patior te ire per fundum meum iu
re seruitutis qꝛ istud est modici preiudicij presumitur titulus
si allegat̄. s. ꝙ cōcesserim seruitutē lʒ talis seruitus habēs cau
sam discōtinuā non possit acqri per prescriptionē nisi sit tanti
tpis cuius cōtraria memoria non existit sed si non fundas te in
tēpore sed in titulo ꝙ cōcesserim tibi seruitutem sufficit ad hoc

probandum patiẽtia longi tpis puta.x.annorũ.de hoc est glo. ordinaria in.l.seruitutes.la grãde.de seruitu. et sic.l.cum de in rem verso.loquit̃ in faciente puta soluente p magnum tempus habet locum etiam patiente ⁊ nihil in faciente in his que sunt modici preiudicij vt contra ipsuȝ presumatur titulus.similiter
4 †si duo fratres habentes bona communia possederunt ipsa se paratim puta vnus quosdã fundos alius alios fundos si sunt quasi equales.⁊ ita possederunt per longum tempus presumũ tur diuisisse ⁊ ꝙ cuilibet obuenerunt in partem illi quos ipsi possident ideo posito ꝙ de tali diuisione non appareret nõ poterit alter in possessione per alterum petere partem vel petere ꝙ omnes diuidantur tanꝗ nunꝗ diuisi pro hoc est gl.in.l.pe- nulti.C.communi diui.
5 †Item si pater longo tempore passus est filium tenere aliquã hereditatẽ presumitur sibi cõsensisse in adeundo ⁊ econuerso:vt.C.de peti.hered.l.si filius.⁊.j.de acqr. here.l.qui in aliena.§.j.vel.ij.
6 †Aduertẽdum tamẽ ꝙ in dictis casibus reqritur patientia longi temporis.vt in dictis glo. habetur sed in casu huius.§.non fit mentio de tempore.⁊ sic videtur ꝙ relinquatur arbitrio iudicis quantum tempus sufficiat
7 vt in.l.j.j.de iur.deli. ¶ †Et no.in.§.alia causa que semper allegatur ꝙ in concessione libere administrationis reqritur specialis expressio ⁊ non venit in generali dicunt tamen docto.ꝙ possunt esse aliqua verba que important liberam administrationem lȝ ita non dicatur expresse vt si dicatur concedo tibi plenam administrationẽ:vt.C.de procur.l.si procurator.in tex. et glo.⁊ per Cy.idem si dicatur ꝙ procurator possit omnia q̃ potest dñs.vt.j.manda.l.creditor.§.lucius.idem si promittit dñs in instrumento ꝓcurationis ratũ ⁊ firmum habere quicquid per procuratorẽ fuerit gestũ.vt.s.de offi.proc.cesa.l.j.ſm Bar. ⁊ adde ꝙ oĩs legitimus administrator vt tutor ⁊ curator ⁊ administrator ciuitatis constitutus ad vniuersitatẽ dicũtur habere liberam administrationẽ.vt no.p gl.in.l.mandato generali s.de procura.⁊ adde qđ dicam.s.de iureiur.l.iusiurandũ ⁊ ad pecunias.§.defensor.que autem sit potestas habentis liberaȝ dic vt in.l.procurator cui libera.s.de procura. Si autem non habeat liberam licet habeat generalem.dic vt in.d.l.mandato generali.eod.titu.quando autem patientia prestatur formiter an preiudicet.dic vt nota.l.caius.in glos.no.s.de pig.actio.
8 ¶ †Ultimo no.hic in ver.scire autem.cum gloss.ꝙ paria sunt cogitasse de aliquo in specie vel genere facit.l.qui iure mil.j.de
9 testa.mili. †et ideo in remissione generali veniunt etiam ignorata si remittens fuit huius propositi vt omnia venirẽt etiam que ignorabat vt hic ⁊.d.l.qui iure.⁊ quod no.in.l.sub pretextu specierum.C.de transactio.⁊ sic limitatur.l.qui cum tutoribus. s.de transac.

a ¶Faciendi testamentũ. adde an talis licẽtia extẽditur ad testamẽtum ãtea conditũ:vide p Pau. d ca.i.l.filie mee i.§.si sic.ff.de cõdi.⁊ demõ.⁊ euȝ seqtur Alexã.de imo.i.l.militib⁹ C.de testa.mili.

2 ¶Noĩa debitorum ꝓprie loquẽdo nec dicũtur mobilia nec immobilia:sed tertia species ⁊ an in eis habeat locũ dispositio que fit in reb⁹ mobilibus ⁊ immobilibus.
3 Illud qđ debet dñs seruo debet computari in peculio:⁊ quando non.⁊ nume.4.
4 Qui delinquit non presumitur consentire in pena vt ad illam obligetur.

1 **In peculio.** †In peculio possunt esse mobilia ⁊ immobilia ⁊ etiã noĩa debitoꝝ.h.d.
2 in effectu. †⁊ iste tex.semp allegat̃ ꝙ noĩa debitorũ proprie loquendo nec dicuntur mobilia nec immobilia qr iuriscõsultus facit de ipsis tertiã speciem vt hic.l.a diuo pio.§.in venditione j.de re iudi. Et ego habui casum de facto cũ quidã eṗs de vnga
a ria habuisset licentiam a papa faciendi testamentum[a] de omnibus suis mobilibus ⁊ quesitis de ecclesia ⁊ ipse habebat pecunias apud mercatorem in ciuitate Florentie:vtrum de illis potest testari ⁊ allegabatur iste text.quod non.quoniam appella-
b tione mobilium[b] non continentur:vt hic de isto passu tractat Bar.in.l.pe.j.de auto.tu.⁊.l.mouentium.de verbo. signi.⁊ ſm Jaco.de are.⁊ Dy.ꝙ proprie loquendo non sunt mobilia vel immobilia quia sunt incorporalia et locum non occupant.illa vero nomina conueniunt corporalibus et occupantibus locũ: sed si queratur an in eis habeat locũ dispositio que fit de rebus mobilibus vel alia que fit de immobilibus:tunc est inspiciendum quid in eis veniat si debitor tenetur ad rem immobilem reputatur tamen hoc esse res immobilis.si vero mobilis reputatur mobilis.et hoc voluit glos.j.in.l.ij.C.si aduer.transa.⁊ in aut.de non alie.§.pe.⁊ sic videtur in casu ꝓposito ꝙ dictus episcopus potuerit testari quia debeatur res mobilis scȝ pecunia
3 ¶ †No.etiam hic illud qđ debet dñs seruo debet cõputari in peculio.Sed contra.s.eo.peculiũ.post prin.ibi.si vero nominatim ⁊c.Solue ibi seruus non habebat peculium:⁊ querebatur si dñs sibi aliquid promisit ⁊ non tradidit vtrũ ex hoc solo censetur facta cõcessio peculij ⁊ dicitur ꝙ non.hic vero seruus habebat peculiũ ⁊ dñs ꝯtraxerat cũ eo ex causa peculiari et effe-

b ¶Appellatione mobiliũ.adde.l.ij.C.de ꝯsti.pe.l.litigatoribus.in §.j.ff.de arbi.

ctus erat debitor in decẽ.vult iste tex.ꝙ ista decẽ computentur in peculio vt ex hoc reputet̃ maius ⁊ istud est verum quãdo apparet ꝙ voluit remanere debitor suus.⁊ hoc totum colligitur ex isto tex.al's secus:qr nuda voluntate potest reuocare ⁊ dimi
4 nuere peculiũ.vt.j.l.proxi.in fi. †Quãdo aũt dñs nõ contrahit cum seruo:sed dare damnũ in rebus peculiaribus nõ presumitur velle remanere debitor serui.et ideo estimatio dicti damni nõ cõputatur in peculio ⁊ hoc dicitur in.l.si damnũ. in princi. s.eo.ex qua not.ꝙ ille q delinquit non presumitur consentire in pena vt ad illam obligetur:licet quidã dicũt cõtra vt eoipso ꝙ quis delinquit censetur consentire in penã et sic naturaliter in penam obligetur per.l.j.§.bestias.s.de postbu.sed tex. in.l. sed si dãnum.facit in contrarium iungendo cum text.huius.§. ibi dum dicit debitor manere voluit ⁊c. ¶ Itẽ licet illud quod dñs debet ex cõtractu cõputetur in peculio quantũ ad hoc vt si conueniatur a creditoribus peculiarib⁹ ex illo minuant̃ vires peculij si tamẽ legat seruo peculiũ cũ libertate nõ computatur vt possit tantũ plus petere quantum dñs sibi tenebatur:vt.j. de pecu.leg.l.stichum.⁊ que sit ratio dic vt in.gl.que incipit.scilicet seruus.

2 ¶Uxor relicta ⁊ grauata de distribuendis fructibus qui superent vltra vitam suam inter pauperes:an prius deducat dotem.

1 **Peculium.** ¶ †Id qđ debetur dño non censetur esse in peculio qr tacite videtur a dño esse exceptum vel exactum.h.d.est
2 hic ar.⁊ determinatio ſm Barto. †si maritus relinquat vxorem ⁊ grauat eam ꝙ quicquid supererit sibi de fructibus vltra vitam suam debeat distribuere inter pauperes:⁊ tũc post mortem suaȝ omnia bona sua.⁊ iste maritus receperat ab vxore dotem ꝙ ipsa vxor censetur deduxisse dotem statim post aditam hereditatẽ:ideo fructus vsq ad concurrentem quãtitatem dotis non teneatur dare pauperibus reliquos vero sic deductis expensis suis.

2 ¶Ea que qs censetur facere in ꝓprio negotio censet̃ etiã facere in negotio eius q est sub tutela vel cura.

1 **Preterea.** †De peculio deducit̃ nõ solum id quod debetur patri vel dño sed etiã id qđ debetur ei qui est sub tutela vel cura ipsius dñi vel patris aut cu
2 ius negotia ipsi gerunt.h.d. †⁊ istũ.§.allegat Bart.in.l.gerit. in fi.de acqui.here.ꝙ ea que quis censetur facere in proprio negotio censetur etiã facere in negotio eius qui est sub tutela vel cura.⁊ primo ponit dictum cum limitatione vsq ibi:quoniam secũdo illam limitationẽ probat vsq ibi.nam si.tertio probat dictũ p tres rationes.prima vsq ibi:ideo.secũda vsq ibi:sane tertia vsq ad.§.sed creditor. ¶ Et no.ꝙ iurisconsultus vsq ad l.summa prosequitur vnam materiam circa id quod dictũ est in precedenti.§.ꝙ de peculio deducitur qđ dño debetur. nam circa hoc plura dubia concurrunt que oĩa per ordinẽ ꝓsequtur in tex.ibi quoniam hic probat limitationem quam. s.posui in versi.ꝓxi.s.dũmodo dolo careant ⁊c. ¶ In tex.ibi:nam si.ꝓbat per similitudinem primũ dictum ꝙ sic deducitur ꝙ dño debetur ei q est sub sua tutela vel cura. nam sicut in eo quod sibi debetur censetur preuenisse alios ⁊ sibiipsi soluisse:ita in eo quod debetur suo pupillo vel adulto censetur preuenisse et soluisse suo pupillo vel adulto cuius negotia gerit tanꝗ sua alias tenetur eis actione tutele vel cure.et hec est prima ratio. Iteȝ in eo qđ sibi debetur ratio est:qr non est verisimile ꝙ voluerit illud esse in peculio eadem ratio est in illo qđ debetur suo pupillo vel adulto quorum negotia censeantur sua cura et sollicitudine. Tertia ratio quia si ipse teneretur pupillo vel adulto teneretur a seipso exigere vel ponere ad rationeȝ illorum:vt.l.diuortio.s.de nego.gest.eodem modo.et fortius tenetur exigere a seruo.i.de ipsius serui peculio ꝙ debetur eis ab ipso seruo vt teneatur eis.

2 ¶Dominium rei legate pure etiam momento nõ remanet penes heredem:sed statim transit in legatarium et ei ignoranti acquiritur.

1 **Sed ⁊ si creditor.** †De peculio deducit̃ etiã qđ debetur heredi patris vel dñi nõ tanꝗ heredi lȝ nõ efficiatur dñs serui per aditionẽ vt qr fuit illi relicta libertas pure vel ipse seruus fuerit alteri pure relictus vel fuit ipse mortuus vel manumissus ⁊ agat̃ de peculio infra annũ.h.d.vsq ad.§.fine. Et premitte ꝙ deducitur qđ dño debetur vel censetur ei deberi.pone ergo ꝙ seruus meus debebat tibi.x. ego institui te heredem et seruo legaui libertatem vel seruum legaui titio certũ est ꝙ statim cum adis hereditatẽ efficitur liber in primo casu vel dominiũ eius trãsit in titium et sic per aditionem non acquiris dominiũ serui.nõ potes ergo dicere ꝙ sis dominus nec vnꝗ fueris:si ergo conueniaris

neniaris actione de peculio qua ego tenebar cum in peculio es sent centum. querit an ea. x. que tibi debebant non tanq̃ he redi possis deducere ⁊ videt q̃ nõ es dñs nec vnq̃ fuisti. cõtra rium tamẽ determinatur. nã si iste seruus fuisset mortuus vel manumissus daretur cõtra actio de peculio infra annũ si te in stituo heredem per aditionem hereditatis nõ efficieris dñs ser ui: ⁊ tamen si conueniaris illa actione tanq̃ heres potes dedu cere qd tibi debet non tanq̃ heredi. ⁊ ista pcedũt multomagis si per aditionem efficieris dñs lz non duret dominiũ q2 esset sibi sub conditione relicta libertas. nam pendente conditione heres est dñs. vt. l. si seruus. §. de condi. furtiua. sed ea existente
2 desinit esse dominus. ⁊ ista est intentio istius. §. ¶ †Et per istũ tex. patet sm glo. q̃ dominium rei pure legate etiã momento non est penes heredẽ sed statim transit in legatarium ⁊ ei igno ranti acquiritur. ad hoc. ff. de ser. l. papi. cum ibi no. lz quidam contra. ¶ In tex. circa fi. ibi ad defensionem sententie sue iste ver. refertur ad primum casum quãdo fuit relicta libertas pu re quo casu aditione heres non fit dominus ⁊ sic nec est nec vn q̃ fuit: tamen hoc non facit quominus possit deducere sicut in casu sequenti quando per mortem vel manumissionem serui non efficitur dñs non autem refertur ad casum proxime prece dentem qñ fuisset relicta sub conditione: q2 tunc per aditionem efficeretur dñs conditione pendente. vt in proximo precedenti tex. ⁊ tunc haberet minus dubium. nã licet postea desineret ve rum tamen esset dicere q̃ semel fuit non sunt alia.
2 ☞ Dñs quis fingitur sibi soluisse vel a seipso exegisse nõ fingi tur nisi in simplo nõ autẽ in pena.

1 **Siue autem.** †Ex quacũq̃ causa debeatur dño etiam ex delicto deducitur in sim
2 plum non aũt cum pena. h. d. ¶ †Not. q̃ qñ quis fingitur sibi soluisse vel a seipso exegisse nõ fingitur nisi in simplo non aũt in pena ratio est q2 fingitur mitius debet fingi exegisse a se q̃ ab altero. ad hoc. ff. de euic. l. ei cui. ⁊ vide qd not. Guil. de cu. in l. incerti. C. fami. hercis.
2 ☞ Si teneor tibi ad alimenta non teneor ad medicinas seu expensas infirmitatis que tibi euenisset tui culpa. secus si sine tui culpa.

1 **Sed si ipse.** †Pro damno dato per seruũ in per sona ipsiusmet serui non obligat ser uus dño etiam naturaliter: ideo illud nõ deducitur de peculio sed p impensis factis in curando bene obligatur qñ seruus in seipsum seuit secus si sine culpa sua accidit infirmitas. h. d. no.
2 †p istũ tex. patet q̃ si teneor tibi ad alimenta nõ teneor ad me dicinas vel ad expensas infirmitates q̃ tibi euenisset tui culpa secus si sine tui culpa: q2 hic dicitur si seruus meus seipsum vul nerauit ⁊ curaui ad eum tales expensas mihi naturaliter obli gatur q2 non tenebar eum curare sed si sine eius culpa. infirmi tatem incurrisset ad tales expensas naturaliter nõ obligatur: q2 teneor de iure naturali ipsum curare postq̃ eius operas ha beo. vt. l. in cõmodato. §. possunt. ff. cõmo. tene menti.
2 ☞ Ex peculio serui qualiter deducatur id qd debet dñs alte ri pro seruo. ⁊ nu. l.
3 Pluribus agentibus ex eadem causa melior est conditio oc cupantis.
4 Cum tractatur de iure acquisito preferendo ille dicitur occu passe qui primo ad sñiam peruenit. si vero de iure querendo il le qui primo litem contest. est.

1 **Item deducitur.** †Supra tractat qualiter deducatur de peculio qd debet dño a seruo ex cõtractu celebrato inter ipsum ⁊ seruum. hic tractatur qualiter deducitur id qd debet dñs alteri pro ser uo ad qd iste seruus est obligatus licet non ex contractu cele brato. inter ipsum ⁊ dñm sed quodãmodo ex quasi contractu. ⁊ primo qñ dñs erat obligatus p seruo ex contractu celebrato inter ipsum dñm ⁊ illũ cui est obligatus. secũda ibi: sed si de pe culio. secũdo qñ erat obligatus alteri non ex contractu celebra to per ipsum dñm: sed ex celebrato per ipsum seruum cum illo altero ⁊ sic habebat ille actionẽ de peculio cõtra dñm ⁊ hoc in
qui.ex cau.maio.que ratio ceſſat in caſibꝰ allegatis.hic in glo.
pro contrarijs vel fallentijs.
1 **Si apud.** †Ex depoſito facto penes filiumfa.
vel ſeruũ poſſunt ipſi cõueniri facti
ſui iuris.h.d.ſʒ inquantũ dicit de ſeruo nõ videt̃ pro-
cedere:qꝛ a prin.non fuit orta actio nec obligatio ciuilis. ergo
non videt̃ ex poſtfacto oriri.vt.l.ſerui ⁊ filij. in prin.j. de fur. et
vbi vnus haberet facultatẽ rei reſtituende:qꝛ tunc de equitate
ille ſolus põt cõueniri.vt.l.iij.§.heres.ſ.cõmo. ꝑpter hoc glo.
intelligit ꝙ non agit̃ ex contractu depoſiti ſed rei vendi.tu dic
contrarium procedere de rigore: ſed de equitate datur actio
poſtꝗ̃ non poteſt dari:⁊ ipſe habet facultatem rei reſtituende:
et ſic in hoc habet naturam actionis realis.
2 ☞Quod bonũ ſit argumentũ ſi obligatio diuidit̃ inter here
des ergo ⁊ inter depoſitarios:⁊ vide diſtinctionẽ hic.
1 **Si duo here.** †Ratione doli cõmiſſi in
faciendo quilibet ex here
dibus depoſitarij tenet̃ pro parte pro qua cõmiſit
dolũ ſi depoſita erat pecunia: qꝛ põt pro parte cõ-
mitti.ſi vero ſpecies quilibet inſolidũ:qꝛ nõ niſi inſolidum cõ-
mitti põt ratione veri doli in non reſtituendo quilibet tenet̃ ⁊
condẽnatur pro parte:licet reſtitutio fieri non poſſit niſi inſo-
lidũ.h.d.et eſt notabilis.l. ⁊ magiſtra maxime ad intellectum.
l.ſi vt certo.§.ſi duobus.ſ.cõmo.Et primo loquitur de obliga
tione ſecundaria que contrahit̃ ratione doli vſqꝫ ad verſi.pla-
ne.Scđo de obligatione primitiua que contrahitur ad reſtitu
tionem rei ſm Bar.tu dic ꝙ tota loquitur de ſecundaria que
cõtrahitur ratione doli ⁊ vſqꝫ ad illud ver.plane. loquit̃ quan
do dolus fuit cõmiſſus in faciendo quo caſu diſtinguitur aut
res erat diuiſibilis vt pecunia aut indiuiſibilis vt ſpecies cu-
ius corpus non poteſt diuidi ſalua ſubſtantia ſubiecti: lʒ poſ-
ſet diuidi dominium.in illo verſi.plane.loquitur quando fuit
cõmiſſus in non faciendo.i.in non reſtituendo. ⁊ ſic deuenitur
ad eſtimationem:vnde ſicut ipſa obligatio primitiua que con
trahitur ad reſtitutionem rei diuiditur inter heredes: qꝛ quili
bet tenetur pro hereditaria portione non vltra niſi habeat fa-
cultatem rei reſtituẽde. vt.l.iij.§. heres.ſ. cõmo. ita obligatio
ſecũdaria que contrahitur ad eſtimationẽ: qꝛ res nõ reſtituit̃.
nã quilibet condẽnabit̃ pro portione hereditaria.⁊ ideo quili-
bet ſoluendo ſuã partẽ liberaret̃: licet non poſſet liberari per
reſtitutionem

restitutionē rei pro parte: quia nō potest fieri nisi insolidum: sꝫ Bar. videt intelligere in fi. ꝙ debeant condēnari ad restitutionem rei quilibet pro parte qđ verum est in se. tñ tex. dicit qđ fit condēnatio: qꝛ nō restituit res vnde nō pōt intelligi qñ fiat in estimatione glo. hic loquitur contra tex. dum dicit qđ hic in fi. agatur insolidū: sed condēnatio fit pro parte sed hic nō dicitur in tex. ꝙ agit insolidū: lꝫ dicat ꝙ nō pōt fieri restitutio nisi insolidum. ¶ Item glos. intelligit istum ver. plane. vt loquatur qñ dolus fuit cōmissus in faciendo vt constando speciem depositam quo casu agitur contra quēlibet insolidum ⁊ etiam si condēnatio: vno tamē soluēte alter liberatur. vt. s. e. l. j. §. si apud. Sed iste ver. plane. loquitur quando fuit commissus in non faciendo. ¶ In tex. ibi. vterqꝫ soluendo possit alter insolidū conueniri etiam hoc casu quando deposita erat pecunia qđ forte est verum si communicato consilio ipsam diuiserunt quasi per hoc videatur alter alteri prestitisse auxilium et fauorem. et sic quilibet insolidum censetur cōmisisse dolum: sed ideo non conuenitur insolidum ⁊ si sunt soluendo: qꝛ nō in plus interest deponentis: non ergo conuenit pro hereditarijs portionibus sꝫ quatenus de pecunia deposita sibi appropriauerūt. ¶ In tex.
2 ibi. acsi ipsi seruandam suscepissent. ¶ †Not. ergo bonum esse argumentum si obligatio diuiditur inter heredes ergo et inter plures depositarios ac si ipsi depositum suscepissent. et ita videtur inducere. glo. in. l. j. §. si apud. in ver. tu dic. ibi dum dicit sicut est in pluribus heredibus qđ bene probatur hic. Et distingue etiam in hac materia aut agitur primitiua obligatione que contrahitur ad rei restitutionem: et tunc quilibet tenetur pro parte siue sint plures heredes. vt. l. i. l. depositi. in pn. s. eo. siue sint plures depositarij. vt. l. j. §. si apud duos. s. eo. tit. ⁊ l. si vt certo. §. si duobus. s. cōmo. ⁊ in hac. l. circa medium ibi ac si seruandum ⁊c. etiam si cōueniatur ex dolo defuncti. vt. d. l. in depositi. in prin. hoc verum nisi expresse fuerit actum quod quilibet teneatur insolidum. vt in gloss. d. l. j. §. si apud duos. ibi tu dic aut agitur obligatione secundaria: ⁊ tunc aut dolus fuit cōmissus in faciendo aut in non faciendo primo casu aut erat res que poterat diuidi salua substantia subiecti nō vt species que diuidi non potest salua substantia subiecti: ⁊ tūc si oēs cōmiserunt delictum: alias dolum quilibet tenetur pro ea parte que deuenit ad ipsum si omnes sunt soluēdo. vt hic. in prin. huius. l. alias secus. si autem non omnes: ⁊ tunc ille solus conuenitur qui dolum cōmisit. vt in. d. §. si apud duos. in fi. ibi. idē aut res diuidi non poterat: ⁊ tunc aut omnes cōmiserunt dolum: ⁊ tunc quilibet tenet insolidū etiam si non sit actū. vt in. d. §. si apud duos. et in hac. l. circa medium. et in. l. si vt certo. §. si duobus. ver. sꝫ verius. ſm verū intellectū. lꝫ glos. aliter ibi sentiant. s. cōmo. aut nō oēs. ⁊ tūc qui cōmiserunt dolum tenētur vt in. d. §. si apud duos. in fi. hoc verū nisi pena fuerit promissa per defunctū: ⁊ tunc ex dolo vnius oēs tenerent ⁊ qui non cōmiserunt dolum recuperabūt ab alio qui cōmisit. vt in. l. ij. §. fi. de verb. obli. ⁊ in. l. ea. §. cato. ⁊ hoc qñ cōueniunt ex dolo ipsorum secus si ex dolo defuncti. qꝛ oēs pro parte vt dixi in primo membro illud autē qđ dixi oēs teneri insolidū verū est quātū ad obligationē sed cōuento vno ⁊ exacto liberabunt oēs. vt. d. §. si apud duos. Secundo casu quādo dolus fuit cōmissus in non faciendo. i. in non restituendo: ⁊ tunc deuenitur ad estimationem vnde sicut obligatio primitiua que contrahitur ad restitutionem rei diuiditur pro hereditaria portione ⁊ ista obligatio secundaria que contrahitur ad estimationem: qꝛ res nō restituitur. nam quilibet condemnabitur pro parte et quilibet soluendo partem suam liberabitur: licet non posset liberari ꝑ restitutionem partis rei. ita loquitur iste versi. plane. in fi. licet glo. ⁊ Bar. eam aliter intelligant: sed aliter non potest intelligi. vt pꝫ in declaratione ipsius. die natiuitatis sancti Joānis scripsit hanc distinctionem. nam pluribus diebus ante propo sueram de ipsa mentionem facere: tamen non scripsi eam ordinate sicut si eam de nouo rescriberē: sed pro nunc non curo: qꝛ habeo intellectum ipsius sed si vis eam plenius habere reuoluas scripta istarum legum sup quibus est fundata.

1 **Actione depo.** †In hac actione admittit reputatio impēsarū. h. d. qñ ergo reperit res depositarius habet iustā causam retinēdi nisi restituant sibi impēse nec constituit in mora. vt no. s. e. si plures. §. fi. p glo. ⁊ si non opposuit exceptionem pōt eas repetere per contrariam actionē depositi sicut dicitur in cōmo. s. de cōmo. l. in rebus. §. fi. ⁊ not. hic casum de eo qđ dixi in. l. j. §. si quis seruum. s. eo. in ver. si vero nihil aliud qđ depositarius non tenetur alere rem depositam de suo. vt. d. l. in rebus. §. possunt. ¶ In tex. ibi experietur: scꝫ excipiendo vel dic etiam reconueniendo: ⁊ tunc non nisi coram eodem iudice. vt in. l. penulti. C. de sen. sed ex illo iudicio finito si nec excepit nec reconuenit potest principaliter cōuenire etiā coram alio iudice. ⁊ ita intellige glo.

2 ☞ Quando traditur pecunia alicui ⁊ an sit depositū an mutuum quando non apparet quid actum sit.

3 Debitor promittens in instrumento soluere vbiqꝫ locorū vel vbi creditor voluerit vel vbi ipsum debitorē reperiet poterit in quocūqꝫ locorum conueniri: et quid si dixisset se velle conueniri vbiqꝫ.

1 a **Lucius titius.** †Cōmendare idē est[a] qđ deponere et depositū proprie est qñ non transfertur dñium nec possessio ⁊ sic non datur facultas cōuertendi in ꝓprios vsus: pōt tñ dici depositū etiā si trāsferat dñium ⁊ detur licentia cōuertendi in ꝓprios vsus: tunc tamē non est ꝓprie depositum cū egredit terminos eius tñ depositū est si ita fuit actū et sic est contractus bonefidei: ideo possunt venire vsure tam ex mora ꝙ etiā ex pacto incontinēti apposito: lꝫ secus esset in mutuo qui est contractus stricti iuris. h. d. in effectu ⁊ semper allegat ista. l. nam cōiter illi qui ponunt pecunias apud mercatores ponunt per viā depositi. ⁊ ita fiunt scripta cum omnia concurrunt in mutuo: qꝛ non traditur pecunia in sacculo signata quo casu esset verum depositū. vt. j. e. si saccū. sed in numerata. et sic transfert dñium ⁊ datur licentia cōuertendi in proprios vsus ⁊ nihilominus dicit depositū postꝙ sic fuit actum. vt. j. e.
2 l. dies sponsaliorꝫ. §. fi. †Quid aūt si non apparet qd sit actum videtur ꝙ potius sit mutuū: qꝛ magis accedit ad naturā mutui. glo. in. d. l. dies sponsaliorꝫ. videtur tenere cōtrarium ꝙ sit depositum. idem tenet Bal. in. l. incendiū. C. si cer. peta. qꝛ fauorabilius est dāti habere actionem bonefidei ꝙ stricti iuris de hoc tetigi in. l. cū qd. si cer. pet. nā hoc pōt procedere si fuit data sine pacto lucri si aūt cum pacto lucri ꝙ recipiens negotietur ⁊ tradat partē: tunc habemus tex. no. qui dicit ꝙ est cōtractus innoīatus qui assimilat societati in. l. titius. j. de prescrip. ver. et quare nō dicat contractus societatis vel etiā mandati: qꝛ in mutuo non traditur pecunia cum tali pacto. sed vt recipiens negotietur pro se. ⁊ qꝛ tex. est aliquantulum scabrosus diuide: qꝛ primo determinat esse depositū vsqꝫ ibi ꝙ ita verum est. Secundo determinationē limitat vt sit vera sine dubio qñ agitur vt idem corpus restituatur vsqꝫ ibi. nam vt. Tertio reuocat in dubiū quid iuris qñ fuit actū ꝙ nō idē corpus sed aliud tantūdem restituatur in qua ponit quis sit effectus questionis dicēs qđ si non esset depositum sed mutuum non possent vsure venire circa stipulationem. secus si est depositū vsqꝫ ibi sed contra.
3 †Quinto ⁊ vltimo colligitur solutio ꝙ est depositū postꝙ est ita actum tñ nō veniēt vsure nisi ex mora vel pacto. ¶ In tex. ibi vbi volem. iste tex. allegat ad id qđ quotidie fit: qꝛ in instrumentis promittit debitor soluere vbiqꝫ locorum vel vbi ipse voluerit vel vbi ipsum reperiet quo casu quocūqꝫ locorum poterit conueniri quasi videatur ibi contractum vbi fuit collata solutio. vt. l. contraxisse. de act. ⁊ obli. secus si non promisisset soluere vbiqꝫ locorum: sed dixisset se velle conueniri vbiqꝫ: qꝛ per hoc non sortitur forum vbiqꝫ: qꝛ non confert solutionem alibi nec prorogatur iurisditio alterius iudicis ex tali pacto. vt. l. si conuenerit. de iurisdi. om. iudi. ¶ In text. ibi. queritur ꝓpter vsurarū cōmodum: alias incrementum supple de nomine con
b tractus an sit depositum vel mutuum.[b]

a ¶ Cōmendare idē est. Adde. c. nemo deinceps. de elec. lib. vj.

b ¶ An sit depositum vel mutuū. adde doct. in. c. i ciuitate. et in. c. nauigāti. d vsu.

2 ☞ Si rem quam tibi donare nolo te presente alteri trado perficitur donatio: ⁊ videris apud illum deponere ⁊ contra illum datur tibi actio depositi ⁊ si te nō presente datur tibi actio neg. gest. non mandati.

1 **Re sponsa.** †Qui me presente res meas recipit in depositum tenet mihi
2 depositi. h. d. †Vel si rem quā tibi volo donare te presente alteri trado perficit donatio ⁊ videris apud illum deponere ⁊ contra illum dat tibi actio depositi. h. d. adde. l. donationes. §. species. j. de dona. Sed si te nō presente datur tibi actio neg. gest. non mandati: quia non videris mandasse cum nō sit presens nec deposuisti: qꝛ depositum contrahitur re ipsa et hic propter absentiam non potest interuenire inter te ⁊ ipsum realis traditio vnde nec fingitur interuenisse. et hoc probatur in l. fideiussor. §. fi. s. de neg. gest.

Qui pecuniam. Item dicit. l. lucius. in fi. s. eo. ⁊ no. gl. ꝑ eo qđ ibi dixi.

2 ☞ In traditione rei mee que non durat mea in quatuor casibus tantum alteri querit actio. et nu. 3.

3 Mulier dans dotē pro seipsa potest pacisci eam reddi filio vel nepoti: ⁊ queritur illi vtilis actio.

4 Si depono rem meā tuo nomine videor tibi donare si es cōiuncta persona vel affinis: alias secus.

5 Si depono rē meā ꝗ durat mea penes te cū pacto ꝙ restituas

illi qui tibi presentabit literas meas an ille q presentat si non vis restituere possit contra te agere ex illo pacto.

6 Verba illa si deus aliquid fecerit qd intelligatur de iure si moriar vel si morietur.

1 Publia. †Ex pacto apposito i traditione rei mee que durat mea acqrit alteri vtilis actio ⁊ si est cōiuncta persona presumitur apposita animo donādi.h.d.tex.cū glo. ⁊ ad hoc cōmuniter cōsueuit allegari ⁊ quātum ad primū vt queratur actio nō refert sit coniuncta persona vel non:vt pt3 ex no.per Bar.in.l. stipulatio ista.§.si quis insulā.de verb.obli.l3 istud nō bñ iure caueatur:qr iste tex.in quo principaliter se fundat loquit quādo erat cōiuncta persona ⁊ de descendentibus sed quando erat omnino extranea non reperio iure expressum tñ docto. ita te-

2 nent.†Si aūt in traditione rei mee que non durat mea. ⁊ tunc in quatuor casibus tantū alteri queritur actio: sc3 in mutuo:⁊ tunc queritur directa.vt.l.certi condictio.§.si nūmos.si cer.pe. ¶Item in donatione fauore exercentis liberalitatē.vt.l.quotis.C.de donatione que sub modo:et tunc acqritur vtilis. Itē in dote quam quis dat pro muliere qui potest pacisci qd restituatur ⁊ queratur illi vtilis ex illo pacto.l.caius.sol.ma.nam etiam si non pacisceretur posset illa agere:qr presumit sibi do-

3 nata.vt.C.de rei vxo.act.§.accedit.†Est ⁊ quartus casus in dote quā mulier dat pro seipsa.nā pōt pacisci eā reddi filio vel nepoti.⁊ querit illi vtilis actio.vt.l.pater.de pac.cōuen. regulariter cōtra:qr ex pacto apposito in traditione rei mee que non durat mea nō pōt alteri queri actio.vt.l.debitor.§.fi. ad treb. ⁊.l.filie.de sol.si autem paciscor super re tua possum tibi actionem acquirere siue durat tua. vt in.l.pe.C. ad exhibē. siue non

4 vt.s.de pig.acti.si cū venderet.†an autem si deponam rē meā tuo nomine videor eam tibi donasse.Bar.in.l.qui dotis.solu. matri.videt tenere q sic si erat de descendentibus nō aliter. de quo videt tex.cum glo.licet ipse nō alleget. Sed in cōtrarium facit q etiam si non sit de descendentibus vel aliter sit cōiūcta persona vel affinis presumatur donatio.vt.C.de do.inter vi.l. etiā que videt probare si bene inspicitur.licet Bar.ibi colligat cōtrarium si aūt omnino sit extranea persona:tunc secus.vt.l. donationes.que in concubinam.§.penul.de dona. ¶Ultimo scias q hic loquitur quando paciscor reddi certe ⁊ determina-

5 te persone.†Quid aūt si depono penes te cū pacto q restituas illi qui tibi presentabit literas meas an ille qui presentat si nō vis sibi restituere habeat contra te actionem ex illo pacto et sic possit te cōpellere. Cy.mouet istam questionem et determinat qd nō.C.de proba.l.ad probationem.in fi.fm Pet.nec allegat istam.l.que facit in cōtrarium nisi soluamus.vt dixi: sc3 qd hic loquitur quando pactum est collatū in certā personā. qd Cy. quando in incertam.sed tunc pro ratione diuersitatis cogita.

6 ¶†No.etiam dum dicit si aliquid mihi humanum contigerit qd ista verba si deus aliud fecerit de iure intelliguntur si moriar vel si morietur fm Bar.

1 Lucius titius. †In cōtractibus bonefidei ex pacto nudo debent vsure.h.d. idem videtur in stricti iuris qui assimilatur bonefidei. vt.j. de prescrip.ver.l.lucius.⁊ ibi no.in gl.⁊ isto.§.idem.dicit qd.l.precedens.in.§.fi.⁊.l.lucius titius.s.eo.

2 ☞Confessio iudicialis inducit obligationem ⁊ actionem in factum sicut sententia.

3 Forma libelli quando agitur contra eum qui confessus est se teneri pata ad centum.

4 Confessio extraiudicialis:l3 inducat probationē non obligationem:tñ nō est proprie probatio:sed releuatio ab onere probandi:⁊ recipit probationem in cōtrarium etiam in iudicio si per errorem sit emissa.

5 Confessio extraiudicialis reiterata presente parte inducit obligationem vel etiam parte absente si interuenerit scriptura cōfitentis.

6 Si quis scribit in libro suo se esse debitorem talis:licet illo absente statur libro.

7 Epistola si cōtinet aliqd pro scribēte qñ ei stetur:⁊ quid in scriptura cōfecta manu alterius si producatur.

8 Verba plus vel minus nihil important nec minuunt de vtili confessione:⁊ quid si proferantur a teste.

1 Titius sempronio. †Cōfessio extraiudicialis nō īducit obli-

a gationē sed pbationē. Itē scriptura priuatina [a]facit etiā fidē cōtra scribentē nō p eo nisi per aduersam partē fuerit appro-

2 bata.h.d.tex.cū gl.⁊ est.§.vulgaris.⁊ semp allegat.cōfessio†vero iudicialis bene pducit obligationē et actionē in factū sicut sententia:qr confessus in iudicio habetur pro condēnato. vt.l. vnica.C.de confes.⁊ per istū tex.†pt3 q si ago contra te ad cen-

a ¶Scriptura priuatiua. Adde Bal.in.c.j.de fi. instru.

tum dicens te mihi teneri:quia confessus fuisti te teneri inepte ago ⁊ debeo succūbere:qr videor agere ex confessione ⁊ ex illa nulla est orta obligatio vel actio. debeo ergo dicere te teneri mihi ex tali cōtractu ⁊ ad probandū debeo inducere tuam confessionem in scriptis vel sine.⁊ ista habentur in Spe. de instru. edi.§.j.in ver.sed pone egi.⁊ qd no.per Ioā.an.in addi. Spec. fm Nico.mat.qui hoc disputauit.⁊ adde qd no.Barto. in.l.j.si quis ita.in fi.⁊.l.ita stipulatus.§.chrysogonus.ante fi.de verb.

4 oblig.¶†Item scias q confessio licet cōmuniter dicamus qd inducat probationem non obligationē ⁊ hic:proprie tamē loquendo non est probatio:sed releuatio ab onere probandi. vt no.Io.an.in.c.bone.de elec.⁊ de proba.super rubri.¶Itē recipit probationem in cōtrariū etiā si fuerit scienter extra iudiciū vt.l.cum falsa.de iuris ⁊ fac.igno. si autem in iudicio non: nisi fuerit emissa per errorē.iuxta ea que habent in.l. error.de iur. ⁊ fac.igno.⁊.l.nō fatet.j.de confes.⁊ qd habetur in.l. rura.C.de omni agro deser.lib.x.vbi glo.dicit q desideriū apud acta publicatum non potest corrigi quod intellige quādo sciēter vt di-

5 xi.⁊ vide qd no.Bar.¶†Item adde qd aliquādo confessio extraiudicialis inducit obligationem quando fuit reiterata. vt C.de agri.⁊ cen.l.cum scimus.⁊ ibi no.per Bar. quod nō. Requirit etiam ad hoc vt faciat probationem qd pars fuerit presens.vt not.in.l.cū indebito.§.fi.j.de proba.per.l.certū.§. si qs absente.de confes.vel qd interuenerit scriptura confitētis: puta epistola vt est casus in quo casu absentia nō nocet nec vitiat confessionem vel qd sit scripta in codice rationum ipsius confi-

6 tentis.†nam si quis scribat in libro suo se esse debitorem talis licet illo absente statur libro.l.nuda.⁊ ibi plene no.per Bar.j.

7 de dona.¶†Ultimo queritur circa fi.si epistola cōtinebat aliquid pro scribente an ei stetur tex.non determinat:sed relinqtur in arbitrio iudicis.gl.determinat ⁊ dicit quod si approbauit epistolam pro se in his que faciebant contra scribentē et in fauorē approbantis tenet eam recipere contra se ⁊ pro scribente.et dicit q istud est verū qñ simpliciter approbauit:puta producendo in iudicio dictam epistolam nulla facta protestatione.per id qd no.glos.in.l.j.§.editiones. circa finem magne gl. s.de eden.si autē cum protestatione q volebat stare scripture quatenus faciebat pro se ⁊ contra scribentem nō in his que cōtra se ⁊ pro scribente:⁊ tunc est distinguendum aut erant capitula cōnexa:qr vnum veniebat per modum qualificationis ad aliud.⁊ tunc nō pōt diuidere.nam talis protestatio facit vt nō probet etiam pro se sed debeat vel totum approbare vel in totum reprobare.vt.l.cum querit.de admi.tuto. Si aūt erant capitula diuersa:qr nō veniebat vnū qualificatiue ad aliud:tūc talis protestatio admittitur ⁊ stabitur contra scribentem non pro eo.qd declara.vt plene no.per Bar.in.l.aurelium.§.idem quesijt.de li.le.cū simi.in.l.j.in.xiij.q.C.de confes.⁊ predicta in scriptura vel confessione partis aduerse:sed si produco contra te scripturā non cōfectā manu tua sed alterius in qua continet aliquid pro me contra te ⁊ econuerso aliquid pro te contra me videtur q indistincte sit standū in vtraq parte et q nō possim producere etiā cū protestatione quatenus facit pro me per ea que no.Inno.in.c.cum venerabilis.de excep. circa qd vide qd no.p Bar.in.l.post legatū.de his qui.vt indig.¶†No.etiā hic fm Bar.dum dicit plus vel minus q ista verba nihil important nec minuunt de vtili confessione.facit.l.cum furti. de in litem iuran.⁊ quando proferuntur a teste qui debet loqui certitudinaliter nihil probant. nam si dicit testes me possedisse.x. annis ⁊ vltra illud verbum nihil operatur nec aliquid probat vt probat Cy.in.l.si qs in suo.de inoffi.testa.in prin.

2 ☞Cum seruo non potest esse matrimoniū nec dos nec actio de dote:⁊ qd si de facto contrahat ⁊ datur dos.

3 Mulier que scienter contraxit matrimonium incestuosum cū ignorante:⁊ tradidit dotem sub titulo depositi ⁊ cōsummauit matrimonium q debeat perdere dotē ac si non tradidisset nomine depositi.

1 Lucius titius. †Si id qd ago nō pōt valere vt ago l3 pōt valere quoquo alio

2 modo:tunc valet vt simulate cōcipio.h.d.fm Bar.† premitto q cū seruo nō pōt esse matrimoniū.⁊ p cōsequens nec dos nec actio de dote sed si de facto cōtrahat ⁊ tradat dos nō orit actio de dote.⁊ sic nō valet vt agit orit tamē condictio ob causam ad repetitionē.vt.l.si cū dotem.§.fi.so.ma.⁊ sic valet quoquo alio modo:sc3 vt quasi dos ⁊ vt oriat actio ex quasi cōtractu si ergo simulate fuit actum q retineatur locū depositi valebit vt simulate cōcipiatur:qr nō oritur cōdictio ob causam: l3 actio depositi:l3 reuera nō fuerit actum vt esset depositum sed vt esset dos nec orietur actio depositi sed de dote ⁊ sic valet vt simulate cōceptum fuit nō aūt vt vere fuit actū:quia non potuit nec vt valere poterat:scilicet vt quasi contractus.et.h.d.ista.l. subtiliter fm Bar.

sm Bar. ¶ In text. ibi tamen patri heres extiterat videbat ꝙ condictione ob causam sicut si non sub titulo depositi dedisset sed dumtaxat dotis cum reuera sub titulo dotis ⁊ nō depositi traderet tamen contrarium est: vt hic patet ⁊ distinguit Bart. tria membra ꝙ interdum agitur inter partes vt nihil fiat ⁊ nihilominus concipiunt aliquid facere. puta fingo me tibi vendere: sed agitur inter nos ꝙ nulla fit venditio forte timore tyranni vel ad fugiendū onera publica ⁊ tunc attenditur qđ agit inter nos qđ simulate cōcipit. ⁊ sic. l. nuda. ff. de cōtrahen. emp. nulla erat venditio acsi facta nō fuisset. ⁊ isto casu loquit. l. imaginaria. de regu. iur. ⁊ isto modo dicit ꝓprie loquēdo Jctus simulatus. ⁊ si statutū faceret mentionem de cōtractibus simulatis debent intelligi modo predicto ita no. Bar. in. l. emptor. de aqua plu. arcē. ⁊ in. l. iij. C. de postu. interdū agitur inter partes ꝙ sit vnum ⁊ nihilominus simulant aliud puta intēdo donare vel pignorare ⁊ simulo vendere et tunc aut. potest valere eo modo quo agitur inter nos puta vt donatio ⁊ valet illo modo non vt simulate concipio. et isto modo loquitur titulus. C. plus valere ꝙ agitur. ⁊ illa vos. de pig. ⁊ de emp. ⁊ vendi. c. ad naturam. interdum non potest valere eo modo quo agitur. et tunc poterat valere quoquo alio modo ⁊ tunc nō valet vt agit quia non potest nec alio modo quo valere poterit: sed valet vt simulate fuit cōceptum. et iste casus huius. l. interdum illo modo quo agebatur nec quoquo alio modo poterat valere ⁊ tunc
3 valebit vt simulate fuit conceptum. † pone exemplum ꝙ mulier scienter contraxit matrimoniū incestuosum cū ignorante ⁊ tradidit dotē sub titulo depositi ⁊ cōsummauit matrimoniū certe debet perdere dotē ⁊ si nō tradidisset sub nomine depositi nec haberet actionē de dote nec cōdi. ob causam. vt. l. qui contra. C. de incest. nup. ⁊ aut. incestas. ⁊ no. in. l. auunculo. de cōdi. sine causa. eodē modo nō habebit actionē depositi ne sit in potestate sua fraudare legem.

1 Quintus. † Ista idem dicit in effectu qđ. l. publia. ⁊. l. lucius. ⁊. l. die. §. fi. et l. lucius. §. eodem. ꝙ ex pacto incontinenti apposito
a possunt deberi vsure[a] in contractu depositi quia est bonefidei si tale pactum est validum secus si alia ratione esset inualidū vt si fuerunt promisse vsure nō expressa quātitate vel nō fuisset appositū incōtinenti ⁊ si non vestiret ex contractu qꝛ tunc non deberentur ex pacto sed possent deberi alia ratione quia conuertit in vtilitatem suam pecuniam depositam preter voluntatem deponentis vt quia fuit in mora vel quia vsuras percepit aliūde. h. d. tex. cum glo.

2 ☞ Pecunia qñ dat signata in sacculo nō videt data licentia vtendi. secus si nō signata: ⁊ in primo casu nō transfert dñium nec possessio. ⁊ sic est periculo deponentis ⁊ qui in scđo casu.

1 Si sacculum. † Depositarius vtendo re deposita preter voluntatem deponentis tenet furti ⁊ etiam depositi secus si ex eius voluntate tunc tamē tenebit ad vsuras ex
2 mora vel ex pacto. h. d. ¶ † Et sic not. quando pecunia datur signata in sacculo non videtur data licentia vtendi secus si nō signata. ⁊ in primo casu non transfertur dñium nec possessio. ⁊ sic est periculo deponentis si autem non signata ⁊ sic vt quantitas bene videtur data licentia vtendi ⁊ transfertur possessio et dominiū ⁊ periculum est depositarij: qꝛ tenetur ad tantundem in genere: vt. l. incendium. C. si cer. pe. ⁊ patet ex no. per glo. in. l. dies. §. fi. per glo. s.

2 ☞ Publice vtile est maleficia punire ⁊ criminosos egestate laborare.
3 Statuta punientia maleficia improbata de iure naturali vel gentiū tanꝗ cōcernentia publicā vtilitatē sunt late interpretāda scđm mentem nō attenta cortice verbo. ⁊ nu. 4.
4 Pro vtilitate publica cōtra rationem disputandi ⁊ subtilitatē verbo multa recepta sunt.
5 Quando non reperitur decisio in aliqua lege: sed argumentū ad vtraqꝫ partē videt velle decidere pro vltima parte.
6 Debitores illius cuius bona sunt cōfiscata habent soluere fisco ⁊ illi soluendo nō liberantur.

1 Bona fides. † Depositū dꝫ restitui deponenti nisi sit alius ꝗ habeat potius ius in re ⁊ cum deponente concurrat. h. d. in effectu tota. l. ⁊ primo loquitur qñ depositum fuit factum per dñm qui postea desinit esse dñs trāslatum est dñium in fiscū: vnde dꝫ restitui fisco ⁊ non deponenti vsqꝫ ibi qñ factū fuit per nō dñm ⁊ ad repetendū cōcurrit cū deponente verus dñs. nam ei fienda est restitutio qꝛ potius ius hꝫ sed si non concurrit dꝫ restitui deponenti ⁊ hoc vsqꝫ ibi si tñ ignorans. Et aduertendum ꝙ in primo casu non fit ista distinctio cōcurrat fiscus cū deponenti vel nō: vnde videt fauore reipublice ꝙ etiā si nō concurrat possit depositarius repellere deponentem allegando de iure fisci ꝙ post depositū factum bona eius fuerunt cōfiscata ⁊ sic nō dꝫ ei fieri restitutio sed fisco sed in scđo casu si dñs nō cōcurrit depositarius non pōt repellere deponentem allegando de iure tertij ꝙ alius est dñs ⁊ non ipse vt patet. In tertia et vltima parte loquitur qñ ipse depositarius erat dñs quo casu ab ipso initio depositū fuit nullum et nulla fuit nata obligatio vel actio: vt. s. eod. qui res. ⁊ in hoc differt iste casus a precedentibus in quibꝰ valuit vñ pōt hoc casu excipere depositarius de proprio dñio. Sed in scđo casu non potest excipere de alieno si dñs nō cōcurrat ad petendū si tñ ageret cōditione ex. l. si qs cōductionis. C. loca. nō posset excipere etiā de ꝓprio
2 vt dixi in dicta. l. qui rem. ¶ † Not. ex prima parte ꝙ publice vtile est maleficia punire ⁊ criminosos egestate laborare facit
3 ff. de fideiusso. l. si a reo. §. qđ vulg. † ⁊ sic statuta puniētia maleficia improbata de iure naturali vel gentiū tanꝗ cōcernentia publicā vtilitatē sunt late interpretanda scđm mentē nō atten
4 ta cortice verbo: † qꝛ pro vtilitate publica cōtra rationem disputandi ⁊ subtilitatem verborum multa recepta sunt: vt dicit tex. not. in. l. ita vulneratus. circa fi. s. ad le. aquil. multi autem non bene cōsiderantes dicerent oppositum ꝙ statuta penalia essent restringenda certe non possunt dici odiosa postꝗ odiū est rationabile als secus: vt. l. contra rationem. s. de legi. et ita
5 dꝫ limitari regula odia. de reg. iur. ¶ † Item allegat iste text. cū gl. ꝙ qñ nō reperit decisio in aliqua. l. sꝫ arg. ad vtraqꝫ partem videt velle decidere pro parte vltima ad qđ vide qđ no. in
6 l. qui filiū. §. sabini. ff. ad treb. not. † etiā ꝙ debitores illius cuiꝰ bona sunt cōfiscata habent soluere fisco ⁊ nō illi soluendo liberantur. ⁊ vide qñ not. Bar. post Dy. ff. de solu. l. creditor.

2 ☞ Culpa quid sit ⁊ an dolū comprehendat.
3 Dolus verus colligitur ex presumptionibus cōsistentibus in faciendo.
4 Dolus presumptus qui dicitur culpa latior consistit ex presumptionibus consistentibus in nō faciendo id ad quod quis scit se teneri.
Culpa lata est nō facere illud quod quilibet alius facit vel facere solet.
5 Culpa leuis est non facere illud qđ diligens paterfa. faceret et leuissima est qđ diligentissimus faceret.
6 Si recepi famulū de nouo ⁊ tu fideiussisti pro eo de omni damno quod eius culpa mihi accideret ⁊ contingat illum mihi furari ꝙ tenearis.

a ¶ Deberi vsure. Adde doct. in. c. ꝙꝙ. de vsu. li. vj.

1 Quod nerua. † Latior culpa dicit dolus presumptus qui colligitur ex eo qđ depositarius non adhibuit eandē diligentiam in re deposita quā adhibuit in sua hoc
2 dicit. ¶ † Not. ꝙ glo. que sunt hic non intellexerunt istum text. que exponunt latiorē. i. latum ⁊ dolum esse. i. dolo cōparari qđ est destruere text. vnde scias sm docto. ꝙ istud verbum culpa est latissimum ⁊ cōprehendit dolum verum qui dicitur culpa latissima ⁊ dolum presumptum qui dicitur latior ⁊ latam culpam que non est dolus sed dolo comparatur ⁊ culpā leuem et uissimam: ⁊ omnis culpa est deuiatio ab eo qđ rectum est: ⁊ ista diffinitio cōgruit cuilibet ex predictis ⁊ quod comprehendat dolum est tex. cum glo. s. de mino. l. si ex causa. §. si mulier. ⁊ habetur. ff. de regu. iur. l. quod quis. in tex. ⁊ glo. dolus autem verus colligitur ex presumptionibus cōsistentibus in faciendo: de quibus habetur per glo. in. l. dolus. C. de dolo. ⁊ de illis lo
3 quitur titulus de dolo. † dolus presumptus qui dicit culpa latior consistit ex presumptionibus cōsistentibus in non faciendo qñ quis obligatus est aliquid facere ⁊ sciens se teneri nō facit vt. ff. titu. proxi. l. si procuratorem. §. dolo. ⁊. l. dolus. ⁊ de isto
4 loquitur ista. l. † culpa lata est nō facere illud qđ quilibet alius facit vel facere solet. ⁊ sic est deuiatio ab eo qđ communiter omnes faciunt posito ꝙ nō sit in aliquo genere obligationis obligatus ⁊ dicitur in culpa lata. de qua in. l. late. de verbo. signifi.
5 † culpa leuis est non facere illud qđ diligens paterfamilias faceret. leuissima est qđ diligentissimus faceret: vt. s. cōmo. l. si in rebus. de quibus ꝓsequere hic plenissime ⁊ vtilissime p Bar. cui Petrus dedit occasionem in intellectu huius. l. † Et ex eo quod dixi appellatione culpe contineri dolum determinatur ꝙ si recepi famulū de nouo: ⁊ tu fideiussisti pro eo de omni damno ꝙ eius culpa mihi accideret ⁊ contingat illum mihi furari an tenearis videtur ꝙ non qꝛ tu obligaris ad culpam non ad dolum ⁊ iste est dolus. contrariū determinant doc. qꝛ appellatione culpe dolus continetur.

1 Seruus tuus. ¶ † Depositio serui apud sequestrum non impedit dñm agere etiā ante litē finitā qꝛ nō potest domino preiudicare. hoc dicit.

1 Potes agere. ¶ †Actio depositi nō so luz cōpetit pro re deposita sed etiā pro restitutione pecunie quam deponens dedit vt depositum rehaberet. ꝛ sic depositarius turpiter recepit. h. d. dic vt in. l. finali. s̄. de condi. ob turpem cām.
¶ Sequitur titulus mandati ꝛ facimus transitum ad titulum de act. emp. extraordinarie.

¶ De actio. emp. ꝛ vendi. Rubrica.

2 ¶ Venditor si nō est in dolo vel culpa leui: quominus possit rem venditā tradere: ꝙ non teneat̄ nisi ad cedendam actionē si quam habet: vel ꝙ debeat expectari ꝙ superueniat facultas tradendi ꝛ ad quid aliud teneatur. ꝛ nu. 5.
3 Venditor obligat̄ ad rem tradendam nō autem dandam. si tamen est dñs tradēdo transfert dñium. ꝛ si nō est dñs vsucapiendi cōditionem. ꝛ nu. 8.
4 Quod ista traditio nō dicat̄ nuda sed habeat in se cām bonorum ꝛ ꝙ sit meri facti. ꝛ nu. 5.
5 Qui tenet̄ ad dandū indistincte precise dare cōpellitur.
6 Si res vēdita nō traditur ꝛ emptor tradidit arrhas quas potest repetere duplicatas: an vna cum eis ꝛ duplo possit petere interesse.
7 Qualiter intelligat̄ istud interesse in hac actione: vbi res vendita nō traditur ꝛ an sit arbitraria.
8 Tres modi practicandi vbi res vendita nō tradit̄ remis.
9 Venditor a quo petitur interesse nō potest post litem cōtestatā offerendo rem purgare moram.

1 Si res ven. †Contra venditorē non tradentem agi potest ad interesse etiā singulare qđ potest excedere conuentū vel cōe. h. d. ¶ †In tex. ibi non traditur
2 tamen tradi possit vel dolo aut culpa leui: de qua tenetur creditor factū est quominus possit tradere alias nō in plus tenetur venditor ꝙ̄ vt cedat actionem si quā habet ad rem recuperandā vt. l. qđ sepe. §. si res. de contraben. emp. vel debet expectari ꝙ superueniat facultas tra-
3 dendi: vt. s̄. eo. l. fi. †not. ergo ꝙ venditor obligatur ad rem tradendā non autē dandā. si tamen est dñs tradendo transfert dominium ꝛ si non est dñs vsucapiendi condictionem: vt. l. clani
4 bus. de contrahen. emp. †ꝛ sic ista traditio nō dicitur nuda sed habet in se causam bonorum hoc est ꝙ vult dicere text. in. l. in conuentionalibus. §. fi. de ver. ob. ꝛ propter hoc habet ista obligatio similitudinem cum obligatione dandi quia sicut qui tenetur dare cogitur precise ad dandum: vt. l. vbi autem. §. fi. de ver. obli. ita ꝛ iste ad tradendum si habet facultatem tradendi vt hic not. in glo. ſm opi. Mar. que cōiter tenet̄ nō tamē oīmo
5 dam †qꝛ qui tenetur ad dandum indistincte cōpellitur precise dare siue habeat facultatem siue non si possibilis est datio: qꝛ cogitur redimere ꝛ dare ꝛ venditor non tenetur nec cōpellitur nisi qñ habet facultatē si autem nō hꝫ agit̄ ad interesse nec con pellitur redimere posito ꝙ redemptio sit possibilis. hec autē traditio per se est meri facti. ꝛ ideo per stipulationem quis promitteret tradere non ex precedenti cōtractu venditionis censeretur promisisse merū factum: vt. l. fundum tradi. ꝛ. l. stipulationes non diuiduntur. de verb. obli. ꝛ ideo si haberet facultatem tradendi non posset precise compelli ad tradendū si ageretur ad interesse ꝙ succederet in obligatione post moram sicut si promitteretur ꝙ licet aliud factum. vt. l. si quis ab alio. §. fin. de regu. iur. ꝛ qđ plene not. Bart. in. d. l. stipulationes nō diui-
6 duntur. in. viij. q. ¶ †In tex. ibi in id qđ interest agit̄: sed pone ꝙ emptor tradidit arrhas quas pōt repetere duplicatas: vt l. contractus. circa finē. C. de fide instru. an vna cum eis ꝛ duplo possit petere interesse dic vt ibi not. per Cy. ꝛ alios qui tenent ꝙ sic quatenus interesse excedit penam dupli arrharū nō vltra. facit. l. predia. s̄. eo. Item quid si non vult repetere arrhas sed agere ad interesse. Jo. an. in addi. Spe. in ti. de emp. ꝛ ven. nunc sciendū refert Mar. de fano disputasse: dic vt ibi plene tamen istud non videtur dubium tenendo decisionem: de qua s̄. ꝙ possit petere etiā si egit ad arrhas duplicatas multomagis si non egit. ꝛ hoc vult glo. in. d. l. contractus. super ver. red-
7 dere ſm Bald. ¶ †In text. ibi si pluris interest. puta cum pro x. communi estimatione valebat. xij. sed mea interest habere in xvi. vel ratione affectionis qꝛ fuit antecessorum meorū vel ratione singularis vtilitatis que habet locū in me sed nō haberet locum in aliquo alio. possum ergo petere nō solū decem si solui sed etiā. v. vltra istud tamen interesse singulare nō potest excedere duplum interesse cōis vt hic in gl. fi. per. l. vnicam. de sen. que pro eo qđ interest. qđ intellige verum si cōcernebat meram affectionē meam. Si aūt cōmodum pecuniarium singulare totū venit: vt no. s̄. eo. l. iul. in fi. mag. glo. ꝛ s̄. tit. j. seruus. ꝛ l. si venditor. §. fi. glo. mag. format. vj. q. Prima vsqꝫ ibi an ergo. secunda vsqꝫ ibi: sed quid. tertia vsqꝫ ibi: item hoc. quarta vsqꝫ ibi: item quid. quinta vsqꝫ ibi: item an. ibi. sexta et vltima ¶ In prima ibi cū hoc nō inueniā an sit arbitria ꝛc. ꝛ assignat Bar. ratione qꝛ in arbitrarijs officiū iudicis sup interesse causatur propter contumaciā cōmissam in nō parēdo iudici ideo necesse est vt precedat sententiā ꝛ preceptū iudicis de tradendo rem alias non posset contumacia committi sed in bonefidei. que habēt magis amplā naturā. causatur etiā ex alia causa ꝙ̄ propter talē cōtumaciam: vt. l. sed si lege. §. hec verba. s̄. de pe.
8 here. ꝛ patet etiam hic † in. ij. q. glo. ponit tres modos practicādi ꝛ quilibet est bonus licet glos. scōm non videat̄ tenere per. l. seruum. §. fi. de verb. obli. sed qđ ibi loquit̄ in obligatione dādi vbi non succedit obligatio ad interesse ideo nunꝙ̄ potest peti principaliter hic vero bene succedit: ideo bene potest peti post moram sine re: ꝛ iste est proprius casus huius. l. dū dicit in id qđ interest. tertius tamen modus magis approbatur per glo. de quo etiā in. l. cōductores. C. lo. ꝛ vide plene per Bar. de istis modis practicandi in. l. stipulationes non diuiduntur. de ver. obli. ꝛ qđ no. Bal. in. l. j. C. de his que pene no. in. viij. col. versi. sed quero testator. ¶ In. iij. q. dū dicit gl. respōdeo primo ī petitione ex necessitate. vult dicere ꝙ iudex in illa nō potest condēnationem facere nisi fuit petitum in libello postꝙ̄ precessit cōtestatio: sed in scōo qđ euenit post lit. cōtesta. bene potest: lꝫ non fuerit in libello petitum: qꝛ officiū iudicis in his que emergunt post lit. cōtesta. magis est amplum: vt. l. ediles. §. itē sciendum. de edi. edic. ¶ In. iiij. q. dic ꝙ opi. Mart. approbat glo. insti. de cōtraben. emp. §. pretiū. ꝛ Cy. C. eo. l. tradit. ꝛ Inno. et Hostien. in. c. cū Jo. de fide instru. ꝛ de censi. c. olim. Bal. autē limitat in. l. cōtractus. C. de fide instru. vt nō possit precise conpelli si habet facultatē rei tradēde qñ etiā est dñs: qꝛ tunc teneretur. verū est ꝙ teneretur ad dandū secus si nō est dñs: qꝛ tunc teneret̄ ad merū factū ꝛ succederēt rationes Jo. que opi. mihi nō placet. nā venditor etiā si est dñs non obligat̄ ad dandū: sed dūtaxat ad tradendum: lꝫ ex traditione dominiū trāsferatur. Preterea licet nō transferat si nō est dñs transfert vsucapiēdi condictionē ex quo pōt emptor acquirere dñium ergo adhuc participat de natura obligationis dādi. tene ergo ꝙ indistincte cōpellitur tradere precise ꝛ pōt res sibi auferri manu mili-
9 tari. ¶ †In. v. q. dicas dictū gl. procedere quādo fuisset petita res dūtaxat vel res ꝛ interesse si res nō tradat̄ vt in prima ꝛ secūda practica gl. qꝛ quandocūꝙ lite. pē. res que petitur offert̄ debet sequi absolutio ab obseruatione iudicij. et instituta. de perpe. ꝛ tēpo. actio. §. fi. sed si fuisset petitum dūtaxat interesse propter moram extraiudicialē cōmissam in tradendo rem qđ fieri potuit per istum text. in. ij. practica glos. tunc potest litem contesta. super tali interesse non offerri res. nec purgari mora: vt. l. si insulam. de verbo. obliga. ꝛ non solum in causa appellationis: imo nec etiam in principali audiretur inuito actore. ¶ In vlti. q. que reprehenditur per oēs qꝛ cum emptor teneat̄ ad quantitatem tenetur ad dandū: ideo precise dare cōpellitur nec sucedit obligatio ad interesse: sed venditor tenetur ad tradendum si vendidit certā speciem: sed si aliquid cōsistens in genere diceret̄ etiā ipse teneri ad dandū ex natura generis vt no. in. l. qui concubinā. §. si heres. de lega. iij. ꝛ. j. eo. l. ex empto. in prin. nec succederet obligatio ad interesse.

2 ¶ Venditor sciens rem venditā debere alteri seruitutē ꝛ dolose protestatus fuit ꝙ nō vult teneri de seruitute si reperiatur ꝙ teneatur ad interesse nō aūt ad duplum ꝛ quid si ignorauit nec aliquid protestatus sit de seruitute.
3 Si aliquis de cōsiliarijs ciuitatis tpe charistie cū sciret deliberatum esse inter eos ꝙ ponatur certum pretiū in frumento et deliberatione adhuc non publicata vendidit magnā quantitatem frumenti cariori pretio ꝙ deliberatione publicata debeat contractus rescindi.
4 Certus ꝙ nō debeat amplius certiorari qñ certioratio debet fieri solū ad finem vt ille sciret: secus si vt aliquid faceret.
5 Non sufficit venditorem scire litem motam emptori: ad hoc vt teneatur de euictione: nisi etiam sibi denuntietur ꝙ veniat ad defendendum.

1 Venditor. ¶ †Si res vendita debet alteri seruitutem ꝛ emptor ignoret tenet̄ venditor ad interesse siue sciuerit et non certiorauerit siue ignorauerit et temerarie asseruerit seruitutem nō deberi ꝛ in primo casu quā
a do sciuit non prodest sibi protestatio[a] quod non vult teneri de seruitute si qua reperiatur deberi: quia in probato more se habuit subiacendo in secundo casu quando ignorauit bene prodest protestatio: quia sue securitati videtur prospexisse si autem emptor sicut venditor in nullo tenetur. hoc dicit. in effectu vsqꝫ in fi.

a ¶ Protestatio. Adde materiā protestationis vide p Bart. in. l. non solū. §. morte. ff. de no. oper. nun. Sali. in. l. pacta nouissima. C. de pactis.

vsq̃ in fi.⁊ est no.⁊ semper allegatur.⁊ in primo loquit̃ quãdo emptor ignorauit vsq̃ ibi hec ita.secũdo quãdo sciuit.⁊ prima pars continet quatuor casus.primus qñ venditor sciuit et tacuit ⁊ nihil dixit vsq̃ ibi:sed scire.scdõ quando asseruit seruitutẽ non deberi et iste potest intelligi etiam quando ignorauit qd̃ non debuit temere asserere qd̃ ignorabat.vt.ĩ.eo.l.iul. post prin.ibi.sed non debuit facile ⁊c.vsq̃ ibi:sed proponas.tertius casus est hic quando fuit protestatus generaliter q̃ si contingat seruitutem reperiri debitum non vult teneri que protestatio non prodest.et hoc est intelligendum in primo casu quãdo sciuit vsq̃ ibi:non si securitatem.quartus casus colligitur ibi: quando ipse ignorauit quo casu prodest sibi hec protestatio.et qd̃ ita debeat intelligi.patet ex tex.expresse.ĩ.de edil.edic.l.queritur.§.si venditor.Cy.not.in.l.j.C.de edil.act.vbi omnino.vide per eum indistincte videt̃ distinguere q̃ aut protestatio sit generalis ⁊ nõ prodest aut specialis ⁊ prosit.⁊ ita intelligit istũ tex.sed non placet:quia esset imponere legem verbis.tu autem distingue an fiat a sciente ⁊ doloso et non prodest vt etiam habetur.ĩ.eo.tenetur.§.fin.aut ab ignorante ⁊ bonafide tunc valet.vt in.d.l.queritur.§.si venditor.⁊ ad predicta bonus text.ĩ.
2 eo.l.quero.†Quod autẽ dixi non prodesse scienti et doloso verum est quominus teneatur ad interesse:sed qñ pdest quãtum ad hoc vt non teneatur ad duplum.text.est cum glo.ĩ.de euic.l.qui libertatis.§.pe.ver.sicuti qui fundum. Quid autẽ si venditor ignorauit non tamen asseruit nullam seruitutem deberi nec etiã fuit protestatus q̃ nõ vult teneri si appareat. responsio.aut vendidit fundum vt optimum maximum q̃ est:⁊ debet tradere liberũ.⁊ ista verba tantũ important quãtum si dixisset ipsum esse liberum.vt.ĩ.de euic.l.pe.aut hoc non dixit: sed vendidit simpliciter.et tunc aut queritur an teneatur interesse ⁊ dicendum q̃ non.et ita intelligitur scdm vnũ sensum.l.cũ venderes.s.de contraben.emp.aut queritur an teneatur quanti minoris emptor fuisset empturus.et dicendum est sic.vt.ĩ. de edi. edic.l.quoties.in vltima char.iuncta.l.j.§.causa.eo.tit. nam interesse potest esse longe maius,et facit iste text. in primo dicto
3 ad questionem.not.per Cy.s.de legi.l.fraus.†quod si aliquis de consiliariis ciuitatis tempore charistie cum sciret deliberatum esse inter eos q̃ ponatur certum pretium in frumẽto cum deliberatio non esset adhuc publicata ipse habens magnam quantitatem frumenti vendidit pretio cariori. et postea deliberatio publicata est q̃ debeat cõtractus rescindi: quia improbato more se habuit nõ certiorando emptorem de deliberatione futura qui si fuisset certioratus nõ emisset tanto pretio:vnde dicit Cy.q̃ videtur fecisse fraudem legi future.facit.l.j.in fi. de doli excep.⁊ adde qd̃ not.in Specu.de emp.⁊ vendi.§.nõ vi
4 dendum. ver.quid si vendidit.¶†Ultimo not.finem qui sem-
a per allegat̃ q̃ qui certus est[a] amplius certiorari nõ debet hoc verum quando certioratio debebat fieri solum ad finẽ vt ille sciret si autem vt aliquid faceret vel ab aliquo abstineret tũc nõ sufficit q̃ ille sit certus. imo requiritur q̃ etiam denuntietur sibi vt illud faciat vel non faciat:vt.l.denuntiasse.in prin. ⁊ ibi p
5 Bart.de adul.⁊.l.qui absentem.de procur.† vnde non sufficit venditorem scire litem motam emptori ad hoc vt teneatur de euic.nisi etiam sibi denuntiet̃ q̃ veniat ad defendendum:vt ibi not.⁊.ĩ.de euic.l.si plus vel minus.§.mota.q.

1 **Si in emptione.** †Si mẽsura debita nõ reperiat̃ competit actio ex empto ad interesse.h.d.vt.ĩ.eod.si seruum.§.si modus casus est iste.

2 ☞Uenditor licet non obligetur ad dãdum.i.dñium transferendum obligatur tamen ad alia tria.s.ad tradendum rem.et transferendã possessionẽ.item q̃ illa possessio sit vacua:⁊ quid si vacua transferri non possit.

3 Quod dicatur possessio vacua tradi emptori:lz res vendita debeat alteri seruitutem.

4 Stipulatio apposita super cõtractu emptionis ⁊ venditionis etiã incõtinenti est stricti iuris nec sequit̃ naturam principalis cõtractus qui est bonefidei.

5 Stipulatio duple nõ cõmittit̃ qñ res vendita euincit̃ nõ rõne proprietatis sed possessionis.

6 Si res vendita nõ sit adhuc euicta sed possit euinci : qñ tamen possit agi de euictione.

1 **Uacua.** †Non dicit̃ possessio vacua que per alium ex missione iudicis occupatur nec dicitur tradita si fuit euicta.⁊ in stipulatione vacuam possessionẽ tradi apposita in contractu venditionis non veniunt fructus ante lit. contesta.sicut nec in stipulatione rem dari. hoc dicit vsq̃ ad.l.
2 ratio.§.si ita.⁊ not.istos text.valde. Premitte q̃ † lz venditor nõ oblige t̃ ad dandũ.i.dominiũ transferendũ obligat̃ tamen ad alia tria scilicet ad tradendam rem:vt.ĩ.eo.l.ex empto.post prin.⁊ ad transferendũ possessionẽ. ¶Itẽ ⁊ tertio q̃ illa possessio sit vacua et hec duo probantur hic ⁊ in princi.l.nec obst. qd̃ habetur in.l.si fundum.ĩ.de fun.do.per glo.q̃ fateor q̃ dominium potest transferri absq̃ eo q̃ transferatur possessio vel q̃ transferatur vacua si tradens erat dñs vt ibi tamen nõ liberatur tradens nisi faciat possessionem emptori ⁊ q̃ sit vacua vt hic colligitur qd̃ est not.⁊ hoc tenet Cy.in.l.cum res.C.de proba.hoc verum nisi vacua transferri non possit sine suo dolo et culpa.de qua teneatur sicut enim qñ nõ põt tradere sine suo dolo ⁊ culpa rem non compellitur ad tradendũ : vt dixi in prin.l. precedentis.ita si non põt transferre possessionẽ vacuã nec dolo vel culpa fecit quominus possit ita potest intelligi.l.si cum fundũ.§.fere.s.de 9ben.emp.vel intellige vt ibi not.in glo.sup verbo tradat que sentit illud qd̃.s.dixi q̃ venditor teneat̃ trãsferre vacuã possessionẽ.lz aũt dñium transferatur etiam si non transferat̃ vacua possessio an idẽ sit in quasi dñio ⁊ in vsucapiẽdi cõditione.vide per Bar.in.l.celsus.ĩ.de vsuca. His premissis pone vendidisti mihi fundũ cuius possessionẽ habes alius tamen erat missus in tenutam dicti fundi ex primo decreto certum est q̃ ille nõ possidet sed detinet:vt.l.si duo.§.creditores.ĩ. vti posside.⁊.l.iij.§.fi.ĩ.de acqui.pos.tradidisti mihi fundum ⁊ sic transtulisti possessionẽ quã habebas certe nõ ppterea es liberatus q̃ nõ tradidisti vacuã vt debuisti.nam ille missus põt me turbare ideo teneris hac actione ad interesse vel vt reddas possessionẽ vacuã idẽ si tradidisti vacuã ⁊ fuit euicta nõ videt̃
3 trãslata q̃ nõ durauit.†Sed ponam⁹ q̃ alius non erat missus ex primo decreto tñ illa res debebat alteri seruitutem an dicat̃ possessio vacua dicas q̃ sic nõ tñ liberat̃. ideo si pmisi tradere possessionẽ vacuã liberã nõ sum liberatus ⁊ hoc habet̃ in.l.vicinus.§.fundo.⁊ ibi p Bart.ĩ.de leg.ij.⁊.§.vim facit.de vi ⁊ vi. arma.¶Contra prin.l.oppo.de.l.si a substituto.§.ĩ.de lega.j. Sol.ibi tenebat̃ qs tradere ex causa lucratiua:vnde sufficit q̃ tradiderit:lz postea euincat̃ hic ex causa onerosa quo casu non sufficit sed agitur de euic.ita ibi not.Bar.declarãdo istum tex.
4 ¶†Ex.§.j.not.q̃ stipulatio apposita super 9tu emptionis ⁊ venditionis etiã incontinenti est stricti iuris ⁊ sic nõ sequit̃ naturã principalis 9tus qui est bonefidei iõ in ea nõ veniũt fructus nisi a tpe litis cõte.ita intellige istũ tex.iũcta.l.cũ fundus. in prin.s.si cer.pe.nisi pmiserit rem dare vacuã q̃ possessionẽ tradere:vt.l.si stipulatus.de vsur. tunc venirent fructus a tpe cõtractus ⁊ sic stipulatio haberet naturam principalis 9tus.
5 ¶†Et hoc vult hic gl.que incipit hoc imo.Sup gl.in.l. ratio. in prin.no.glo.scdm Azo.q̃ stipulatio duple non cõmittitur qñ res euincit̃ non rõne proprietatis : q̃ euincens nõ dicit se dñm sed euincit̃ rõne possessionis : q̃ dicit se potiorẽ in possessione q̃ emptor.agetur ergo tũc actione ex empto ad interesse nõ ex stipulatu ad duplã si promissa est:in dubio autẽ vr̃ euinci rõne pprietatis:vt.ĩ.de ver.obli.l.venditores:⁊ ibi no. in parua gl.
6 ¶†Itẽ not.in ea.gl.in fi.q̃ etiã si nõ sit adhuc euicta si tamen potest euinci agit̃.certe hoc nõ est verum nisi qñ venditor sciuit rem alienatã:vt.ĩ.eo.seru⁹.§.fi.al's sufficit emptorẽ habere licere ⁊ qõnem sibi motã nõ esse:vt.ĩ.de euic.l.habere licere.
2 ☞Uendens mihi seruitutẽ itineris vel actus : si inducit me in fundũ seruiẽtẽ statim acquirit̃ mihi ius seruitutis sicut ius vsusfructus ⁊ ad quid aliud teneatur vẽditor.⁊.nu.3.

a ¶Qui cert⁹ ẽ. Ad de in regula eũ q certus. de reg. iu.lib.vj.Car.za ba.in.c.ab excõi cato.in.ix.no.de rescrip.

Ratio posses.

1 **Si iter.** ¶†Si vendit̃ ius incorporale non caditvera traditio:sz quasi p patiẽtiã aduersarij.h.d.aduertendũ tñ† q̃ si vẽdis mihi seruitutem
2 itineris vel actus si inducis me in fundũ seruientẽ statim acquirit̃ mihi ius seruitutis sicut ius vsusfructus:vt.l.iij.§.dare.s. de vsufr.sz si nõ inducis nõ acquiritur ius in re.i.in seruitute quousq̃ incipiã vti te sciẽte ⁊ patiẽte sicut ĩ re incorporali ante
3 q̃ tradat̃ res vt.l.si ager.s.de rei vẽdi.†Sed an vẽditor sit liberatus eoipso q̃ ĩduxit me ĩ fundũ ⁊ sic acqsitũ est ius in re vr̃ q̃ sic.ĩ.de rerũ pmu.l.j.⁊ qd̃ not.in aut.sacra.C.si aduer.vẽ.dic 9. q̃ illud in reb⁹ corporalib⁹ sed in iurib⁹ incorporalib⁹ nõ dr̃ facta pfecte traditio:q̃ cũ requirit̃ trãslatio possessionis vel qsi ⁊ ista quasi possessio consistit in duobus.s.in actu vtendi ⁊ in patientia aduersarij que patientia põt esse hodie cras non:nũq̃ dicitur pfecte facta.si ideo nõ patit̃ adhuc põt conueniri actione personali ita vt patet ex not.in.l.corruptionẽ.C. de vsufru. in tex.⁊ glo.⁊ per doc.⁊ not.in.l.ij.de verb.obli.

4 Qd ex tali pacto oriatur actio prescriptis verbis.

1 **Si dominus seruum.** †Hec actio dat vt fiat qd cōuenit in pacto incōtinēti apposito. hoc dicit. ¶ In tex. ibi estimatum dedisset subaudi hec actio ꝙ si reperiat culpabilis remanet seruus penes eum: alijs restituat vel seruus vel decē ⁊ non fuit repertus nec vult restituere. vnde querit ad qd agi potest ⁊ qua actione ⁊ respon
2 detur vt sequit. ¶ †Et sic not. hic tria primo ꝙ actio p̄scriptis verbis potest cōpetere ad restitutionem eius quod datum est quando fuit actū exp̄sse de restituendo ⁊ no. in l. j. de do. in glo. magna. vt. ff. de cōdi. inde. l. ij. in prin. in glo. j. alias non sed cōdictio ob causam: vt. ff. e. l. naturalis. §. j. ibi in qua actione ⁊c.
3 Item † ꝙ pactū appositum iuxta traditionem rei non dicitur nudum. quia vestitur coherentia traditionis ⁊ hoc vult tex. di-
4 cere in fin. l. in traditionibus. ff. de pac. tertio † ꝙ ex tali pacto oritur actio prescri. verbis vt hic. ⁊ l. ij. C. de pac. inter empto. ⁊ vendi. vnde bene facit pro opinio. Barto. contra vltramon. quia illa actio non nascitur ex contractu innominato que resultat habita relatione pacti ad contractum. sed ex isto pacto: alias frustra in fine diceret ꝙ istud pactum non videtur nudū nam ad alium finem nō dicitur nisi quia producit de se actionem. ⁊ fuit istud pactum de restituēdo si nō reperiatur culpabilis. ⁊ adde quod dixi in l. penul. ff. de cōdi. ob causam. de illo qui se dat alteri torquendum.

2 ☞ Actio prescriptis verbis dicitur etiam actio incerti quādo datur ad factum.

3 Et quod etiam non fiat condēnatio ad ipsum factum nisi offeratur interesse.

4 Liberatus ob causam. s. vt nomen debitoris mihi delegaret si non delegat an possim agere vt faciat ꝙ promissum est ⁊ vt se reponat in pristinam obligationem.

1 **Ob eam causam.** † Ex cōtractu facio vt facias dat actio p̄scriptis verbis vt fiat qd conuenit hoc dicit. ⁊ sic per istā. l. supplet. l. naturalis vbi nō dicitur ꝙ det vt fiat qd cōuenit: sed ad interesse ⁊ cū ista concor. l. preci. C.
2 de rerum permu. ¶ †No. etiam ꝙ dicitur ista actio incerti qn̄
3 datur ad factū sic. j. eo. promisisti. Item † ꝙ non fit cōdēnatio ad ipsum factū vt in fi. qd est verū nisi offerat interesse: vt in l. si quis ab alio. de re iudi. ¶ In text. ibi nō vetus obligatio restaurabit supple hac actione quia nō datur regulariter ad repetendū qd datum vel factū est nisi qn̄ fuit hoc expresse actum vt dixi. ff. l. p̄xi. ⁊ hic non fuit actū expresse nisi det expromissor ꝙ reponat se in pristinam obligationem nō tamen negat ꝙ si actor vult possit agere cōdictione ob causam vel sine causa vt reponat in pristinam obligationē postquā non implet p̄missa ⁊ ita loquit. l. si quis accepto. ff. de condi. ob causam. de qua gl. opponit ⁊ soluit multis modis ⁊ ex his patet solutio vera de illo tñ dic vt not. in d. l. si quis accepto. vbi distinguit an debitum esset purum: ⁊ tunc conducit ipsa pecunia an cōditionale vel in diem ⁊ tunc cōdicit liberatio vt se reponat in pristinam obligationē non tamē intelligas ꝙ possit agere ad vtrūq̄ vt faciat qd promissum est ⁊ vt se reponat in pristinaz obligationem. imo debet vnū eligere vt dixi. ff. eo. l. naturalis. §. at cum do. ⁊ l. si tibi. ⁊ ita intellige glossam hic.

2 ☞ Habens vsumfructum rerū que vsu consumunt qui non est p̄p̄ie vsufructus cū in ipsum transferat dominiū dictarū rerum tenet prestare cautionem de restituendo tantūdem nō autem idem corpus finito vsufructu.

Partis tertie. Lex ista cum sequen. non loquitur de actione prescriptis verbis sz de actione in factū generali subsidiaria seu que datur loco actionis aquil. ⁊ de eadez loquitur. l. qui seruandarum. per totam. l. j. eadem. l. autem si vir cum duabus sequen. j. eodem loquitur de actione in factū non generali. sed que est eadem cum actione prescriptis verb.
1 de quibus per gl. ff. eo. in rubrica. ⁊ ista. l. hoc dicit. † Pecunia data ad fruendum omissa cautione finito vsufructu repetitur per actionem in factum subsidiariam ⁊ per eum ad quem res pertinet si per ipsum non fuit soluta sed per alium. hoc dicit. Et in hoc stat vis: quia cum non fuisset soluta per eum nō poterat sibi dari alia actio. sed quia equum est sibi actionez dari: quia pecunia ad eum pertinet. ideo recurritur ad subsidiariā. si autem fuisset soluta per eum daretur sibi certi condictio generalis vel sine causa: vt. l. hoc senatus. ff. de vsufruc. ea. re. que
2 vsu consu. de qua glo. opponit ⁊ ita finaliter soluit in fine. † Et premitte ꝙ ille qui habet vsumfructum rerum que vsu consumuntur qui non est proprie vsufructuarius cū in ipsum transferatur dominium dictarum rerum quod non est regulariter in rebus que vsu non consumuntur. sed dño remanet proprietas vt in l. j. ff. de vsufruc. tenetur prestare cautionem de restituendo tantūdem non autem idem corpus finito vsufructu in toto ti. de vsufruc. earum rerū que vsu consu. hic nō fuit p̄stita ista cautio ⁊ finitus fuit vsusfructus vñ erat dubiū quā actionem habebat heres ad quē pertinebat pecunia cū p̄ ipsum nō fuerit soluta sed p̄ creditores hereditarios ⁊ rñdetur vt hic. nō enim cōtrahit vel quasi. ideo destitutus est actione ordinaria. ¶ In fi. glo. magne iunge ambas vltimas solutiones ⁊ dic ꝙ aut quis vult agere vt prestetur cautio per errorem omissa ⁊ tunc dat condictio incerti vt in prima parte istius. §. quod cōtingit. si adhuc durat vsusfructus si autē est finitus debet agi ad hoc: sed ad ipsam pecuniam restituendam ⁊ tūc aut p̄ ip̄m qui agit fuit soluta pecunia ⁊ tūc agit certi cōdictione vel sine causa que orit ex quasi cōtractu qui resultat ex traditione. aut fuit soluta per alium ⁊ ille cessant: quia cessat quasi cōtractus: ideo recurritur ad actionem in factum vt hic.

1 **Quia actionum.** †Actiones ī factū subsidiarie fuerūt inuente a p̄tore quoties equum est actionem dari ⁊ non reperitur aliqua actio prodita. Itē ad supplēdum edicta pretorum ⁊ etiam ll. ciuiles qn̄ minus plene prouident vt patet in actione. l. aqlie. q̄ competit qn̄ datur dānuz de corpore in corpus imediate qn̄ autē de nō corpore in corpus: vel ecōuerso vel aliquo mediāte non cōpetit actio directa. l. aqlie. quia verba illius. l. talē casum nō cōprehendunt. tñ quia de mente. l. hoc fuit supplet per pretorē ⁊ dat actio in factuz loco actionis. l. aquil. hoc dicit in effectu. l. ista suppleta. per. l. q̄ seruandorum. maxime in. §. j. ⁊ ij. ⁊ fi. vbi ponunt exempla ad qd vide qd bene no. C. ad le. aq. l. de pecoribus. ⁊ adde qd istud est verū nisi p̄cedat inter partes aliquis Sctus nominatus. quia tunc ageret ex illo pro tali dāno nō actione in factū: vt. ff. loca. l. qui domum. ¶ In tex. reddendo actiones in factum accommodatas quod est quando non datur dānū de corpore in corpus: sed aliter quod dic vt. d. l. de pecoribus. per glo. ⁊ dicta. l. qui seruandarum. §. j. ⁊ ij. ⁊ ff. ad le. aquil. Item si obstetrix in prin. ⁊ §. j. ⁊ ij. cum pluribus alijs.

1 **Si vir vxori.** †Actio in factum que dicitur prescriptis verbis orit ex pacto incōtinenti apposito. hoc dicit. ista est alia species actionis in factū q̄ illa de qua loquūtur. ll. p̄cedentes vt patet ex no. per glo. sup̄ rubri. nam in l. si dominus. ff. eo. appellatur prescriptis verbis. ⁊ in l. ij. C. de pact. inter empto. ⁊ ven. ⁊ hic appellatur in factum sic. j. l. proxima.

1 **Si tibi rem.** †Vbi est incertum de noīe cōtractus vel quis contractus fuerit celebratus recurrit ad actionez in factū que est eadē cū actione prescriptis verbis. hoc dicit sic. ff. eo. l. j. ¶ In tex. ibi gratuita esse debet qd hic non est quia in casu quo vendas vltra decē fuit actum ꝙ illud vltra sit tuū ⁊ sic non impendis officium tuū gratis. ergo nō fuit mandatū nec societas quia in casu quo nō vendis vltra decem noluit ꝙ aliquid haberes de illis decē: sed ꝙ ītegra mihi restituas ⁊ sic nullū cōmodum es percepturus qd est preter naturā societatis que debet esse equalis. potius est ergo quidam contractus innominatus facio vt facias cū certū sit negotium esse gestum ⁊ ignoratur in quā speciem contractus cadat.

2 ☞ In contractu societatis quādo vnus ponit rē alter operā nō trāsfertur

non transfert dominium rei in totum in socium ⁊ si vnus ponat pecuniam alter operam ⁊ pecunia perdat anteꝙ̄ opera sit prestita periculum pertinet ad vtrūꝙ̄.

1 **Si tibi.** † Ubi res ad meliorandum traditur vt quod melioratur diuidatur si dominium transfertur in totum datur actio prescrip. verbis si pro parte vel in totū retinere datur actio pro socio. hoc dicit ista. l. quam perpetuo tene menti fm Bart. ⁊ vide omnino quod not. per Pe. ⁊ Bald. in. l. si paciscenda. C. de pactis. ⁊ primo loquitur quando fuit dominium in totum translatum vsꝙ̄ ibi sed si puerum. Secundo quando in nihilū vel etiam in totum vsꝙ̄ quasi ad finem. Tertio quando ꝑ pte.

2 ¶ † In text. ibi quia pretij loco partē rei mee supple quādam partē: recipiam enim partem aree cum parte edificij vnde nō potest dici venditio in qua requirit pretium in pecunia numerata neꝙ̄ mandatū quia nō gratis edificasti sed habiturus es partē aree mee neꝙ̄ societas per rationem que sequitur quam

a no. diligenter ꝙ in cōtractu societatis quando vnus ponit rē[a] alter operam non transfertur dominium rei in totū in socium ⁊ sic expone hic dum dicit dominus esse desinit supple i totū: sed pro parte sic ideo si vnus ponit pecuniā alter operam ⁊ pecunia perdatur anteꝙ̄ sic prestita videtur ad vtrūꝙ̄ pertinere periculum sicut ad vtrūꝙ̄ pertinet dominiū ⁊ sic ꝙ teneat ille refundere dimidiam ei qui eam posuit ad hoc. ss. pro socio si id quod declara vt in. l. j. C. pro socio.

1 **Qui seruandarum.** † Qui me dānificat sine cā si qdē dolose tenet mihi actione de dolo. si autē non dolose tenet actione in factum. hoc dicit ad hoc vltimum ad. l. iij §. d. ss. de condi. ob cau. ¶ In glo. iij. in fi. dic breuiter si proiecisti sine causa quia non suberat iustus timor teneris mihi ad estimationem totalem vel actione de dolo vel in factum vt hic. Si autē cum causa quia erat iustus timor nō teneris mihi sed naute: ⁊ nauta tenetur mihi ⁊ possum agere ꝯ eum vt agat contra te non ad totalem estimationem. sed vt cōtribuas tu cum alijs vt in. l. contraria.

1 **Si seruum.** † Quando datur damnū de nō corpore in corpus vel ecōuerso de corpore in non corpus non competit actio l. aqui. directa. sed in factū loco eius subrogata. hoc dicit cum. §. sequenti. Et in primo casu dicitur dari de non corpore in corpus: quia si spoliaui seruū tuum ista spoliatio quā feci corpore meo non est illa que seruum tuum interfecerit. sed frigus postea superueniens: sed non ego immediate. sed dedi causam qua mediante mortuus est ⁊ istud damnum datum est in corpore serui tui nō tamen corpore meo sed frigore. in casu sequenti contingit econuerso quia si proieci calicē tuum in ꝓfundū corpus calicis nullum dānum recipit. sed tu recipis ex actu gesto corpore meo. ideo dicitur dari damnum de corpore in non corpus ⁊ actio. l. aquil. datur quādo damnum infert de corpore in corpus vt si animal tuū interfeci manibus meis vel vinum aut oleum effudi. vt. ss. ad le. aquil. l. si seruus seruū. §. iij. capite suppletur ergo. l. aquil. per pretorē ex mēte ipsius legis ⁊ loco actionis directe datur in factum: vt hic ⁊. ss. eodē. quia actionum. nō ergo loquitur hic de actione in factum que est eadem cū actione prescriptis verbis. vt. l. precedenti. sed de subsidiaria. l. aqui. que potest dici alio respectu specialis: quia forte specialiter fuit inuenta ad supplendum. l. aquil. idem in illa que fuit inuenta ad supplendum aliquod edictum pretoris vbi deficerent verba ⁊ nō mens. l. Est ⁊ alia generalis subsidiaria que competit vbicūꝙ̄ est equum actionem dari ⁊ nō reperitur hec pone exemplum in. l. si id quod. de iurisdi. om. iud. ⁊ per glo. rubrice in fi.

2 ☞ Actio de pastu pecoris nō habetur nisi hic. nec habet tractatum sicut alie actiones.

3 Simile in actione incerti ꝙ non habeat specialem tractatum ⁊ ꝙ tamen sit proprium nomen actionis.

4 Simile de interdicto fraudatorio.

5 Glandis appellatione continentur quicūꝙ̄ fructus etiam domestici cadentes ex arboribus.

6 Fructus si cadant de arboribus tuis in fundum meum nō tamen sunt mei sed veniunt tibi restituendi: ⁊ si colligam vel faciam depasci datur tibi actio in factum ad estimationē eorū: ⁊ quid si culpa mea interuenit.

1 **Si glans.** † Actio de pastu pecoris nō habet locū quando fructus mei qui cadūt in alieno depascuntur: ideo recurritur ad actionem in factum subsidia-

2 riam. hoc dicit † ⁊ semper allegatur de ista actione de pastu pecoris de qua nō habetur mentio in toto corpore iuris nisi hic de qua vide per Cy. in. l. fi. C. ad legē aquil. ⁊ sic non habet tra-

3 ctatum sicut alie actiones habent. † simile in actione incerti ꝙ non habet specialem tractatum tamen est proprium nomen actionis: licet quidam dixerunt contrarium propter hoc dicētes ꝙ est cōdictio sine causa de quo dic vt dixi in. l. sed si me pu-

4 tem. §. cum inter. ss. de condictione indebiti. † simile habemus de interdicto fraudatorio de quo non fit mentio nisi in. l. si pu-

5 pilli. §. j. ff. de solutio. † In princi. tex. ibi si glans: appellatione

b glandis [b] continentur quicunꝙ̄ fructus etiam domestici ca-

6 dentes ex arboribus tuis. † Et nota ex ista glossa ꝙ si fructus cadāt de arboribus tuis in fundum meum nō sunt propterea mei: sed veniunt tibi restituendi: ideo si colligā vel faciam depasci datur tibi actio in factum ad estimationem eorum quod perpetuo tene menti. ¶ In glo. ibi forte locum habet de pauperie hoc si sine aliqua culpa mea cōtingit vt tenear emendare damnum vel dare animal pro noxa vt in titulo si qua. pau. fe. di. si vero culpa mea propter malam meam custodiam dat actio. l. aquil. vel in factum ad precisam emēdationem damni sicut hic: q2 culposus non liberat dando pro noxa. ss. de noxa. l. iij. ⁊ iiij. in prin.

2 ☞ Indicare furem nemo tenetur.

3 Cōtractus innominatus potest fieri per si sicut per vt.

4 Conuentio nuda non dicitur quādo fit contemplatione certe cause explicande per eum cui fit promissio etiam si per viam conditionis fiat ⁊ secuta causa nascitur actio que est natiua nō datiua.

5 In contractu facio vt des quādo det actio prescriptis verbis ⁊ non de dolo.

1 **Solent qui.** † Licitū est recipere ꝑ indicando furē ⁊ illud ꝙ ꝑmittitur vt indicet secuta idicatione petitur per actionem prescrip. ver. nisi dolus interuenerit quia tunc datur actio de dolo. hoc dicit. Et primo ꝑmittit vnū ad euidētiam vsꝙ̄ ibi qd ⁊ quilibet. postea determinat casum: ⁊ ibi inci-

2 pias casum huius. l. ¶ † In tex. ibi vero timet conditionem. ff. ob turpem causam quasi gratis teneretur indicare ⁊ per cōsequens turpiter recepit. vt. ss. de condi. ob tur. causam. l. fin. imo non gratis tenebatur indicare vt hic. ⁊. l. iiij. §. si tibi indicium. eodem ti. quod dic vt ibi. Sed contra quia nisi indicet punitur vt in. l. j. §. j. ss. de seruo. fug. Solu. ibi receperat fugitiuū in suo hic non sed erat in alieno. ¶ In textu ibi hoc est si indicasset.

3 † Nota ꝙ videtur hic text. ꝙ contractus innominatus potest fieri per si sicut per vt de hoc vt in. l. si intra. ss. de pactis. ⁊ in. l. si

4 quis cum debitore. de iureiuran. ¶ † In tex. ibi conuentio nuda ista non est nuda. nota ꝙ non dicitur nuda conuentio quādo fit contemplatione certe cause explicāde per eum cui fit ꝓmissio etiam si per viam conditionis fiat ⁊ secuta causa nascit actio que est natiua nō datiua: vt. l. iurisgentium. §. ⁊ ideo puto. ss. de pactis. ¶ In fi. text. ibi prescriptis verbis. Sed oppo.

5 † ꝙ iste fuit cōtractus facio vt des[c] ex quo debet dari de dolo

c non prescriptis verbis vt. l. naturalis. §. ꝙ si faciam. ss. eodem gl. laborat super hoc ⁊ merito potest dici ꝙ hic ex facto aderat vtilitas alteri parti: ideo datur prescriptis verbis per. l. cum mota. C. de transac. fm vnum intellectum. Sed tūc cōtra si pōt dari prescriptis ver. non debet dari de dolo cuius cōtrarium statim sequitur ⁊ istud est difficile contrarium. Bart. ideo hic dicit ꝙ non loquitur de dolo eius q debebat dare: sed de dolo indicantis ⁊ sic cessat contrarium glo. quod non placet. q2 hic dicitur propter dolum dari de dolo non prescriptis ver. ⁊ sic loquitur eodem casu quo supra. ideo potest dici ꝙ ex indicatione sola nō sequit vtilitas alteri parti nisi ipse postea apprehendat ⁊ tunc non sequitur mediate ex indicatione: sed ꝑpter eam ideo non datur actio prescrip. ver. directa. sed si fuit in dolo datur de dolo vt. d. §. quod si faciam. si nō fui in dolo datur prescriptis verbis vt in. d. l. cum mota. ih fi. fm alium intellectum ⁊ tetigi in. §. ꝙ si faciā. ⁊ de isto intelligitur hic. fateor tamen contrarium est difficile. ⁊ isti tex. vix recipiunt bonā sol. ⁊ totum hoc propter illum. §. quod si faciam. qui magnam ingerit difficultatem in istam materiam.

2 ☞ Ubicūꝙ̄ potest habere locum actio ex cōtractu nominato non detur condictio incerti.

1 **Permisisti.** † Ex pacto apposito iuxta donationē in fauore donatoris datur actio prescriptis verbis. sed iuxta venditionem datur etiam actio informata ex vēdito ⁊ cōtra eū qui non patit me tollere rem meam datur actio ad exhibēdum. hoc dicit. Primo dicto cōcordat. l. hereditatem. ff. de dona. nec tunc potest dari actio informata. quia pactum nullā reperit informandam cum donatori non oriatur actio cōtra donatarium. sed in secundo sic. quia datur ad pretium. vnde potest dari ad id qd deuenit in pacto ⁊ iste est verus intellectus.

a ¶ Unus poni rem. Adde Pe de vbal. in trac societatis.

b ¶ Appellatiōe glandis. Adde l. qui venenū. in §. glandis. ff. de verbo. signi.

c ¶ Facio vt des. Adde ꝙ est contractus innominatus fm Pau. de ca. in. l. cū mota. in. ij. no. C. de transac.

¶ Oppo. quod ista.l.non possit procedere quia cōtractus fuit celebratus pro vno scz pro donatario et pactum fuit appositum pro donatore. et sic pro alio. ergo non competit actio prescrip. verbis ex isto pacto. quia non vestitur coherentia contractus et sic pactum remanet nudum. Sol. et aduerte quia in hoc multum dubitaui verum est quod istud pactum non vestitur coherē-tia cōtractus per ea que supra dicta sunt sed bene vestitur interuentu rei ideo si ex vna parte impleatur potest agi ex eo: et ita loquitur iste tex. et hoc modo intelligit Bar. quando cōtractus fit pro vno et pactum apponitur pro alio in.l.iurisgentiū. §.quinimo.in princi.ff.de pactis. et in.l.petēs.C.eodem titulo. ¶ In tex.ibi incerti competere subaudi dūtaxat sed in sequē-ti casu habes ex vendito informatam et etiam prescrip.verbis que oritur ex pacto vt.ff.eodem.l.si vir vxori. et probatur quod ista

2 l.non probat id quod dicit † Bar.in.l.sed et si me putem.§.cum inter.ff.de condi.indebi. quod vbicunque potest habere locum actio ex contractu nominato non detur condictio incerti. et ad hoc allegatur ista.l. quia hic non loquitur de condictione incerti sed de actione prescriptis verbis que dicitur incerti quando datur ad factum. Item quia hic vltra actionem ex vēdito datur illa per id quod dixi. et cōtra eum videtur casus in.l.si binarum.ff. de serui.vrb.predi.

1 **Permisisti.** † Si pmittis me complere quod in tuo tua voluntate cepi datur actio de dolo non pscrip.ver.hoc dicit. ¶ In tex.ibi nec patiaris me tollere fructus.i.separare a solo.alias si separassem et non pmitteres me tollere haberē actionē ad exhibendū et rei ven.quia essem effectus dñs vt.ff.proxi.precedenti tex. ¶ In tex.ibi nullā iuris ciuilis actionem.i.non datur actio prescrip.ver.sed quare non rñdeo.quia hic non fuit aliquis cōtractus innominatus vel sibi similis.nam pmisisti mihi vt sererem et tollerem et ego nihil promisi vnde cū ex vna parte veniat tātum quid fiendū nō pōt dici contractus innominatus qui est vltro citroque obligatorius recurritur ergo ad actionē de dolo contra dolosum et contra non dolosum ageretur in factum subsidiaria.gl.dicit quod hodie ageretur.l.si quis argentum.C.de donatio.si promisisti ex mera liberalitate.

2 ☞ Qñ cōcessi tibi habitationem gratuitā mei fauore vt domus non destrueretur quod non sit cōmodatum nec precarium.

1 **Si gratuitam.** † Quando nō constat quis cōtractus fuerit celebratus constat tñ quod aliquis celebratus fuit datur actio pre-

2 scrip.ver.hoc dicit.sic.ff.eo.si tibi et.l.j. et pōt intelligi † quando cōcessi habitationē gratuitam mei fauore non tui: puta vt domus habitaretur et non destrueretur et tunc procedit clare.quia nec est cōmodatum nec precariū que conceduntur cōtemplatione recipientis potest etiā intelligi quod cōtemplatione recipientis tñ non cōstabat an ex causa cōmo.ad certū determinatum vsum: puta vsque ad annū.an ad incertū vt ad beneplacitū cōcedētis quo casu daretur interdictū de precario.ideo in hoc dubio recurritur ad hanc actionem ita intellexit Azo.

2 ☞ Traditio dicitur facta cōtemplatione illius cuius rogatu facta est nisi ex alio appareat contrarium.

1 **Si margaritas.** † Qui recipit rē vendendā estimatā tenetur actio.prescri. ver.ad rem vel estimationē. et si ad rogamen suū recipit tenetur de leuissima culpa.si ad rogamen dantis tenetur de dolo et lata culpa vnde si nō apparet tenetur de dolo lata et leui.hoc dicit tex.

2 cum gl. † Ex quo no.quod illius cōtemplatione dicitur traditio facta cuius rogatu facta est hoc tamen est verum qñ ex alio non apparet contrariū.nam si habebā rem venalem indistincte cēsetur facta mei gratia et cōtemplatione nec recurreretur ad distinctione de qua hic vt.l.rogasti.ff.si certum peta.tūc enim recurritur quando hoc non constat an esset venalis vel non.facit.ff. cōmo.l.in cōmodato.§.interdum.

¶ Ludus alearum. Adde gl. et doc. in.c.clerici. de vi. et hone.cleri. Car. in cle.j. eo.ti.

1 **Papinianus.** al's.§. **Si rē.** † Qui recipit rē inspiciēdā si eā perdit sui culpa tenetur actione prescri.ver.dūtaxat.si vero nō perdidit sed dicat se perdidisse tenetur furti et cōdictione furtiua et ad exhibendum et qñ traditio fit gratia recipientis tantū tenetur de leuissima culpa si dantis tantū de dolo et lata si gratia vtriusque de leui tantum.h.d. et ponit istā.l.casus valde quotidianus. ¶ In tex.ibi ita demū prescrip.ver.actio supple tm̄ vel dūtaxat: quia si non possum pbare quod sit apud te nō potest dici quod cōmiseris furtū. sed si possum pbare tunc quia denegatur mihi restituere asserendo mēdaciter te pdidisse et si cōtrectas rem meā cōtra meā volūtatē: ideo cōmittis furtū: ideo habeo actiones de quibus infra subijcitur subaudi et habeo prescrip.ver.que erit ex cōtractu nō enim debes esse melioris conditionis hoc casu quam precedenti: nec obstat quod hec actio nō concurrit cū alijs quia hoc est verū cū alijs oriētibus ex cōtractu sed ex delicto sic: quia oriuntur ex diuersis principijs.in cōtrarium tñ facit quod no.gl.in.l.pri. que videtur velle quod actio prescrip.ver.non detur pro re pprij. et hoc videtur pbari in hoc tex.attēto cortice litere et nolendo aliquid.l.subaudire.sed nō placet illa gl.quia nō video quid repugnet quin posset dari ad restōnem rei pprie sicut actio cōmodati: et depositi que sunt actiones personales et videtur tex.in.l.pce. in prin.vbi datur prescrip.ver.ad restitutionem habitationis gratie concesse.sed ad dandum fateor quod actio personalis non potest competere ei qui dominus est.

1 **Si cum vnum.** † Si cōmodo vt cōmodes nō agitur cōmodati sed pscri.ver. hoc dicit. Ratio est quia cōmodatū debet esse gratuitum. et hic non est: et ideo videtur a simili quod si mutuo tibi vt postea mutues mihi cōmittitur vsura: quia mutuū debet esse gratuitū: et hoc nō est vt patet ex isto text. ita dicūt canoniste in materia vsurarū. ¶ In tex.ibi et perit tibi supple sui culpa: alias nō teneretur.sed quid si non perijsset qua actione tenebitur restituere videtur quod non datur actio pscrip.ver.postquam non pōt vendicari vt in principio huius legis ꝯrium dic vt ibi dixi.vt autem cōmodet suum nō est dubiū quod datur pscrip.ver.quia fuit cōtractus innominatus cōmodo vt cōmodes et fuit impletus ex vna parte.

1 **Si cum mihi.** † Si res vendenda pereat ante perfectā vēditionē etiam apud eū qui emere volebat periculū est domini.hoc dicit hic si sine culpa: alias secus.tenetur autem ille de culpa leui qui tenetur ad custodiam vt hic in fine nō de leuissima.quia pro custodia mercedem principaliter nō recipiebat: al's secus: vt.l.qui mercedem.supra loca.

2 ☞ Si fui presens quando deposuisti annulum tuum penes tertiū cum pacto quod restituatur mihi si vincam te in ludo et ecōtra si fuisti presens quando deposui annulum meum sub eadē conditione que actio oriatur.

3 Ludus alearum ast magidem.i.ad statum non est licitus si luditur ad pecuniam sed illi ludi dicuntur liciti vbi exercentur vires corporales.

4 Quod hoc expediat reipublice vt exerceāt se in talibus.vt sint apti rempub.defendere.

5 Et qui non est dominus nec habet possessionē nō datur actio furti nisi sua intersit rōne custodie et quid si aliquis est dominus sed nunquam fuit possessor.

1 **Si quis.** † Qui recipit rem vt alteri tradat in certū euētum illo secuto per actionē pscrip.ver. tradere cogitur nisi ob cām inhonestam fienda veniat traditio.

2 hoc dicit. et est pulcher casus et quotidianus ecce casus. ¶ † In tex.ibi prescrip.ver.actio in eum cōpeteret.sed vnde oriatur hec actio.rñdeo si fui psens qñ deposui annulū tuum penes tertiū cum pacto quod restituatur mihi si vincā te in ludo et ecō fuisti pñs qñ deposui annulū meū sub eadē conditione vt restituatur tibi nūc oritur ex pacto quod cēsetur interuenire inter me et illum tertiū vel inter illū et te et erit actio directa.si autē non fui presens quando tu deposuisti cū illo pacto cū tale pactum fuerit appositum sup re tua que durabat tua acquiritur mihi absenti vtilis actio prescri.ver.argu.ff.de pig.act.l.si cū venderet iuncta.l.publia. in prin.deposi.in tex. et glo. Et si dicatur imo vtilis depositi: vt ibi no.rñdeo ibi fuit proprie depositū: quia facta fuit ad finem vt ille custodiret et in certū casum restitueret hic nō vt custodiret: sed p securitate mea si contingat me vincere. Que autem actio cōpetat mihi p restitutione annuli mei.hic enim loquitur nisi de tuo vt colligitur ifra dū dicit quēadmodū enim.rñdeo quod multo fortius pro meo restituendo datur actio prescri.ver. vt dixi in prin.huius.l. et patet.j.l.proxi. et in prin.l.precedētis. quia potest dici innominatus contractus trado vt mihi restituas si vinco et etiam annulum alterius. ¶ † Et not.hic glo. quod

3 ludus alearum[a] ad magidem id est ad statū nō est licitus si luditur ad pecuniam et quicquid lucratur illicite lucratur et tenetur restituere illi ergo ludi dicūtur liciti vbi exercentur vires corpo

4 rales.vt in.j.glo. et in.l.solent.ff.de alea.nam † hoc expedit reipublice vt exerceant se in talibus et sint apti rempublicam de-

5 fendere. ¶ † Vltimo no.ad id quod allegatur iste.§. † ei qui non est dominus nec habet possessionem nō datur actio furti hoc verum nisi vna intersit ratione custodie vt quia teneatur alteri emendare vt in casibus hic allegatis in glo.in contrarium. Quid autem si aliquis est dominus nunquam tamē fuit possessor dic vt no.in.l.si manifestus.in.§.tamdiu.cum.l.seque.de cōdi. fur. et in.l.si homo.ff.de vsucap.

1 **Apud.** † Ille qui recipit rem tradendam alteri in certū euētū illo nō secuto tenetur per hanc actionem restituere tradenti.hoc dicit.

In tex.

¶In text.ibi prescriptis verbis agere que oritur ex eo quod tacite videtur actum vt si sibi non dederis mihi restituas ⁊ sic videtur contractus innominatus:do seu trado vt alteri tradas vel mihi restituas.¶In text.ibi non enim respondet tacite obiectioni:quia posset dici ꝙ daretur actio depositi sequestraria ad quod respondet non esse verum.nam illa competit qñ duo deponunt eandē rem penes tertiū que erat in litigio. vt.l.licet.⁊.l.ea apud quē.§.in sequestrū.s.deposi.sed hic a me solo fuit factū depositū de re non litigiosa.¶Item opp.ꝙ nō prescri.verbis quia pecunia erat mea pro qua nō potest competere actio personalis ⁊ ꝑpter hoc glossa intelligit ꝙ fuerit translatum dominium qđ non placet.quia est destruere literā nec video qd rationabiliter potuit mouere gl.ideo dic vt dixi in.l.precedenti.in prin.

2 ☞Actio prescriptis verbis ꝙ possit dari pro re propria.

1 **Rogasti me.**†Si res vendita datur vt pretium in mutuum cōuertatur si non vendatur vel non conuertatur actione
2 prescriptis verbis agitur.hoc dicit † ⁊ hic etiā probatur quod supra dixi ꝙ hec actio potest dari pro re propria in fine text.ibi proprij contractus. Sed quis contractus fuit iste.nam totum qđ feci ad vtilitatem tui cedebat.tradidi enim rem meam vt eam venderes ⁊ pretium in mutuum retineres non vt aliquid faceres ad meam vtilitatem vel aliquid dares: ⁊ sic non videtur cadere in aliquam speciem de illis que habentur in.l.naturalis.breuiter fateor hoc proprie loquendo.tñ habet similitudinē cum illis speciebus:quia per negotium inter te ⁊ me gestum est ⁊ videtur tacite actū.quod si non vendatur vel pretium in mutuum non conuertatur mihi restituatur:⁊ ex hoc tacito pacto resultaret dictus contractus similis illis vt.j.l.proxima.

2 ☞Dictio deinde ꝙ nō importet de sui natura interuallum temporis imo verificetur in eo ꝙ incontinenti fit.

3 Qñ pro vsu rei datur pecunia ꝙ indistincte dicaꝛ locatio etiā si non consueuit locari si tamen sit ad hoc res apta.

1 **Si predium.**†Ex pacto incontinenti apposito datur prescri.ver.⁊ etiam actio ex illo contractu informata si aliqua repiꝛ informanda.hoc dicit
2 tex.cum glo.¶†In tex.ibi deinde glo.intelligit.scilꝫ inconti-
a nenti[a] ⁊ sic no.ꝙ ista dictio deinde non importat de sui natura interuallum tēporis:imo verificatur in eo quod incontinenti
3 fit.licet prima facie videaꝛ ꝯtrariū.¶†In tex.ibi prescri.verbis agi supple dumtaxat ex cōtractu innominato facio vt facias. id est obligo res meas pro te vt fideiussorem prestes.sed si hoc feci pro aliqua mercede quā a te recepi.⁊ sic fuit contractus locationis tunc quia competit actio ex locato ad mercedem dabitur etiam eadem actio informata ad id quod deuenit in pacto.vt.j.sequitur non in casu precedenti.quia pactum nullum reperit informandum vt dixi supra eodē promisisti.non tamē ego quin etiam hoc casu detur prescri.ver.que oritur ex pacto incontinenti apposito qđ etiā tenet hic glo.super verbo ex locato.⁊ nota eam que vult ꝙ licet quādo recipitur pecunia pro opere seu pro facto.tunc dicatur contractus locationis quando talis opera vel ad tale factum cōsueuit opera locari nō aliter.vt.s.eo.naturalis.§.vt cum do.quādo tamen datur ꝓ vsu rei indistincte dicitur locatori etiam si non cōsueuit locari qđ tene menti.certe hoc intelligo verum quando pro tali vsu ad quem est apta locari puta concedo habitationem pro certa pecunia.sed si vsus ad quem non consueuit locari nec est apta locari puta obligo rem pro te pro certa mercede quā mihi ꝓmittis certe ad hunc vsum non cōsueuit res locari vnde nō videꝛ contractus locationis nisi hoc agatur expresse ⁊ ita debet intelligi hic argu.j.l.proxi.§.j.

1 **Apud labeonem.**†Qui rem experiendā recipit qđ interim ex ea lucratur dño per hāc actionē restituere tenetur.h.d.Et oriꝛ hoc casu similiter ex tacito pacto.quia videtur actum vt si displiceant restituas mihi equos ⁊ omne lucrum quod cum eis feceris:quia non debet lucrum pertinere ad te prius ꝙ̄ pertineret rei periculum sed ante venditionem perfectam periculum ad te nō pertinet etiā si penes te pereāt. vt.s.eo.si gratuitam.§.si cum mihi.iuncta.l.si is qui.§.si quem questum.s.cōmo.nec etiam hic est proprie contractus innominatus.sed assimilatur illi vnde potius dicitur quoddā negotium gestum inter te ⁊ me.

1 **Item apud.**†Qui recipit rem experiēdam emptione pfecta teneꝛ ad ptiū actione ex vendito vel prescriptis ver.ad id quod conuenit hoc dicit ⁊ differt a casu precedēti:quia ibi nullam mercedē recipiebat tradens de experimēto hic sic:⁊ ideo in casu isto lucrum quod recipiens consequitur ex experimēto pertinet ad eum quia sic videtur tacite actū ⁊ sufficit ꝙ soluat mercedem.casus est iste. ¶In tex.ibi pretiuꝫ petatur subaudi ⁊ multo minus merces pro tempore ante contractam emptionē:puta si fuit actum ꝙ experieris per quindecim dies ⁊ singulis diebus solueres decem si displicuisset post deceꝫ dies dixisti eas tibi placere:⁊ ex tunc contrahiꝛ emptio ⁊ pro tempore sequenti non teneris ad mercedem.quia vteris re tua ⁊ cuius periculum amodo ad te pertinet.sed ꝓ.x.dieb⁹ ꝑteritis debes soluere:qꝛ fuisti vsus re mea ⁊ cuius periculum ad te non pertinebat:licet pertineret lucrū ex pertinēti:ideo teneris ad mercedem vt colligiꝛ supra dū dicit vtrum pretiū ⁊ merces ⁊ sic copulatiue:sed in sequēti casu si tibi displicent nō teneris nisi ad mercedem non autem ad pretium nec ad ipsas res si sine tui culpa perierunt.vt in.l. si rem.§.si cum mihi.s.eo.

1 **Si cum emere.**†Is cui res inspiciēda datur non tenetur de casu cōtingēte cum res reportatur sed de dolo ⁊ culpa hac actione teneꝛ.h.d.

2 ☞Actio prescriptis verbis habet locū quādo dubitatur de actione super aliquo negotio gesto inter ambas partes quod potest contingere quatuor modis.

3 Sed si negotiū non sit cōiter gestum inter ambas partes sed per vnā tm̄ ⁊ dubitatur de actione quod cōtingit duobus modis ꝙ tunc competat actio in factū subsidiari.

4 Actio in factum subsidiaria in quo differat ab actione prescriptis verbis.

5 In delictis quādo dubitaꝛ de actione an recurratur ad actionem de dolo.

1 **Quoties.**†Quando deficit specialis actio recurritur ad generalem actionē prescriptis ver.que dicitur in factum.⁊ quādo deficit exceptio specialis datur ex equitate generalis ī
2 factum.hoc dicit ſm vnū intellectum† ꝙ loquatur de actione prescrip.ver.⁊ tunc dic ꝙ habet locum quando dubitatur de actione super aliquo negotio gesto inter ambas partes vt in multis.ll.huius tituli quod potest cōtingere quatuor modis. Primo quando constat illud negotium cadere in aliquā speciem cōtractuum innominatorum excepto contractu facio vt des de quibus in.l.naturalis.Secundo quando constat ꝙ est contractus innominatus tamen nō proprie cadat in aliquam a
de illis speciebus.sed pone exemplum in.l.promisisti.⁊ in.l.si rem tibi cum sequenti in qbus assimilatur alicui de illis trib⁹ speciebus:sed non proprie per ea que dixi in.l.j.s.eodē. Tertio quando cōstat ꝙ est cōtractus nominatus tamen ignoraꝛ quis quia est dubium de facto.pone exemplum i.l.j.s.eodem. ibi domino mercium ⁊c.Quarto quando dubitatur an sit contractus nominatus vel innominatus:qꝛ pōt cadere in vtrāqꝫ: pone exemplum in.l.si gratuitam.quia si concessi habitationē gratuitam gratia mei est contractus nominatus si gratia tui est contractus commodati vel precarij qui sunt nominati.Si vero constaret ꝙ esset ꝯtractus nominatus ⁊ etiā quis ⁊ qualis esset tunc dareꝛ actio specialis ex illo cōtractu quando reperitur specialis actio prohibita.Si autē non reperitur tunc aut petiꝛ certum ⁊ competit certi cōdictio generalis vt in mutuo ⁊ etiam ſm quosdam in stipulatione in quibus nō est prohibita specialis certi cōdictio ita sentit hic gl.in mutuo ꝙ nō licet in.l.certi condictio.si cer.peta.sentiat contrarium aut petiꝛ incertum ⁊ tūc datur condictio incerti:vt.l.sed ⁊ si me putē.
3 §.cū inter.⁊.l.qui exceptionē.§.si qs.de cōdi.inde.† aliomodo intelligiꝛ vt loquatur de actione in factum subsidiaria:vt competat vbi deficit specialis ⁊ tunc dic ꝙ loquiꝛ eo casu quo dubitatur de aliquo negotio non cōmuniter gesto inter ambas partes:sed per vnam tātum quod potest contingere duobus modis.primo qñ super illo facto ꝓdita est aliqua.l.ciuilis vel ꝑtoria inducēs specialē actionem ⁊ deficiunt verba illius.l.tñ adest mens ⁊ est equū actionē dari:tunc recurritur ad actionē in factū subsidiariā q̄ diciꝛ subsidiaria illius.l.vt patet in illa q̄ datur loco actionis.l.aquili.directe.vt.s.eo.l.qui seruandarum.j.⁊.ij.⁊ in alia q̄ datur ad supplēdū verba edicti ꝑtoris.s. eo.l.qui actionum.Scđo modo potest cōtingere ꝙ super illo negotio non est ꝓdita aliqua.l.specialis inducens specialē rationem tamen est equum ex illo dari ⁊ tūc recurritur ad generalissimā actionē in factum.vt.s.eo.l.partis.⁊.C.de sa.san.ecc.
4 l.sancimus.† ⁊ differt ista actio ab actione prescrip.verb.quia prescrip.ver.est natiua.quia habet sufficiētē materiā ad eius productionem in esse:vt.l.iurisgentiū.§.⁊ ideo puto de pactis dicitur tamen vtilis quia oritur ex eqtate potius ꝙ̄ de rigore: ⁊ sic exponitur vtilis.i.efficax ſm primum intellectum.sed ista in factum subsidiaria diciꝛ datiua.qꝛ non sic habet preexistentem materiā.quia non oritur ex negotio gesto inter partes sed

a ¶Incontinēti. Adde.l.ꝙ ait.in §.j.ff.de adul.et in.l.j.⁊ ibi Bar. ff.de sol.

5 ex quadā eqtate deficiente lege vel eius verbis.† Et ꝑdicta qñ dubitat̄ in ꝯtractibus vel quasi qñ autē in delictis gl. hic dicit ꝙ recurrit̄ ad actionē de dolo. tu dic ꝙ istud verū qñ dolus cōiter extra ꝯtractū vel etiā in ꝯtractibus stricti iuris ꝛ qñ delictū[a] non cadit in aliqđ speciale nomē delicti. si autē caderet tūc pro tali dolo daret̄ ad interesse actio in factū: vt. l. q noīe. ff. de fal. ꝛ not. s. ꝓ solu. l. nec quisꝗ. Item qñ nō cadit in spāle nomen delicti vltra actionē de dolo q̄ dat̄ ad iteresse cōpetit accusatio criminalis ad penā extraordinariā ex delicto qđ vocat̄ crimē stellionatus ꝛ est crimē priuatū. sꝫ in alijs noīatis etiā publicis cōpetit accusatio ex illo crīe. Itē ꝑdicta ꝓcedūt nisi aliqua obligatio oriat̄ ex aliqua. l. noua sine aliqua preexistēte materia apta ad ꝓducēdū actionē: qꝛ tūc dareē ꝯdictio ex. l. vt. i. l. j. s. de ꝯdi. ex. l. pone exēplū in. l. fi. post mediū. C. de cōdi. bere. ibi dū dicit cōdictione ex. l. ꝛ in. l. fi. §. licētia. C. de iure deli. ibi ꝯdictione ex l. ꝛc. Cetera circa istā materiā vid̄ ꝑ Cy. q multa vba effundit i l. ex placito. C. de re. ꝑmu. ꝑ Bar. i. l. j. s. de cōdi. ex. l. Sꝫ ex ꝑdictis paucis habes introitū ad intelligēdū oīno. Nō sunt alia.

1 **Si tibi.** † Cum opere gratis exhibent̄ dr̄ ꝯtctus mādati. cum vero cōstituta mercede dr̄ ꝯtctus locationis. cum aūt sub spe mercedis dr̄ ꝯtctus inominatus ex quo orit̄ actio ꝑscri. ver. h. d. Et no. istū casum. ¶ In tex. ibi si vero mercede data supple certa ꝛ in hoc differt a casu sequēti vbi fuit actū de incerta. ¶ In tex. ibi quātū inter nos statutū fuerit puta vt quotidie fieri solet facias mihi hoc ꝛ de primo erimus in cōcordia tu ꝛ ego nō em̄ pōt dici mādatū qꝛ sub spe mercedis hoc facis: nec est locatio: quia reqrit certā mercedē: est ergo inominatus ꝯtctus ꝛ ex vna pte pōt dici facio vt des ex altera dabo si facies. ꝛ sic ex vtraqꝫ pte vr̄ actio ꝓdita si mihi ꝑscrip. ver. facias ꝛ restituas mihi vestimēta mea. ꝛ de ista loqr̄ hic. Itē ex pte tua si fecisti illud ex quo mihi adest vtilitas simil'r ꝑscri. ver. vt dixi tibi ꝑmiū estimādū arbitrio iudicis si nō erimus cōcordes vel si nō adest vtilitas act. de dolo.

1 ¶ Perdēs. adđ q̄ differentia sit inter perdere et derelinquere vide per Ang. i. l. ex libris. in. iiij. no. C. de acqui. ꝛ reti. pos.

b **Uo secūdū tibe.** † Perdēs[b] rē alienam sui culpa tenet̄ actione in factū si alia actio nō superest. h. d.

2 Periculum pecunie date alicui vt faciat ꝛ det qñ pertineat ad dantem ꝛ quando ad recipientem.

3 Usure possunt dici redditus pecunie.

4 Contractus stricti iuris non vestit pactū vsurarum sicut contractus bone fidei. ꝛ quid si cōtractus stricti iuris assimiletur contractui bone fidei. ꝛ nu. 5.

5 Cōtractus innominatus est stricti iuris nisi in duob⁹ casibus.

1 **Titius sempro.** † Si do tibi pecuniam vt negotieris trāsferēdo i te dñiū hoc acto vt lucrū vsqꝫ ad certā quātitatē ad me solū pertineat: sꝫ vltra illā ptineat ad te non dicit̄ ꝯtctus mādati nec mutui: sed innominatus. scꝫ do vt facias ꝛ des q assimilat̄ contractui societatis: ꝛ ex eo dat̄ actio prescri. ver. ad illud lucrū si actū est: alias secus ꝛ periculum talis pecunie sine tui culpa ꝯtingens nō ptinet ad te licet fuerit in te trāslatū dñiū ꝛ tenearis in genere sed ptinet ad me

2 sicut si nō esset trāslatū. hoc dicit ista singularis lex† que ponit casum singularissimū maxime ꝓpter hoc vltimum quē nescio alibi ꝛ mirabiliter limitat. l. incendiū. C. si cer. pe. ideo autē hic nō est ꝯtctus mutui: licet sit trāslatū dñiū: quia mutuū non dat̄ vt recipiēs negotiet̄ ꝓ dante: sed ꝓ seipso: ꝛ hoc fuit actū vt ꝓ dante ꝛ vsqꝫ ad certā quātitatē lucri ptineret ad solū dantem. Itē ideo non est ꝯtctus societatis: quia fuit in totum translatū dñiū pecunie vt. s. eo. si tibi actione. Itē ideo nō est ꝯtctus mandati: quia nō gratis impēdis officiū sed sub spe lucri pcipiēdi vltra illā quātitatē. assimilat̄ ergo ꝯtctui societatis ideo qꝛ nō est mutuū licet tenearis in genere si tñ pecuniaꝫ sine tui culpa ꝑdis casu fortuito liberaris. ꝛ hoc vult tex. añ fi. ibi nec ipsius quidē in verbo amisisset cū glo. q̄ dicit ꝙ nō teneris de vsuris nec de sorte. qđ est singulare. sꝫ ergo icēdiū ꝓcedit nisi trāsferā in te dñium hoc acto vt negotieris ꝓ me vsqꝫ ad tantū lucrū. ꝛ si qđ vltra lucreris sit tuū. quia tūc periculū. casus ptinet ad me qđ perpetuo tene mēti. sed si esset actū[a] qđ omne lucrū esset cōe inter nos. ꝛ sic esset ꝯtctus societatis. tunc periculū pecunie esset cōe si nō fuisset translatū dñium in totū qđ in dubio ꝑsu-

3 mit: vt. s. pro socio. l. fin. §. id quod. ¶ † In tex. ibi vt ex reditu eius pecunie id est ex vsuris semissib⁹ quas voluit titius ad te solū pertinere de qbus ifra subijcit. Et sic no. ꝙ vsure possunt dici redditus pecunie. simile. ff. de adimē. leg. l. alumne. post pñ. alibi dicit̄ ꝙ sunt fructus pecunie. ff. ad trebe. l. postulante. §. sꝫ in hmōi. versi. plane. ꝛ de verbo. signifi. l. vsure pecunie. ¶ In tex. ibi cōputatis vsuris semissib⁹. i. dicere ꝙ de vsuris semissibus si eas pciperet de lucro quas titius voluit ad se solū ptinere deberet sempronius soluere tributa ipsius titij ꝛ si quid supesset ex dictis vsuris restitueret titio si autē solueret vltra q̄ essent dicte vsure tūc illud extenuaret sortē ꝛ istud nō multū facit ad casum ꝓpositū accidit ꝙ recipit vsuras semisses ꝛ eas nō expēdit in totū in solutione tributorū. vnde titius volebat residuū erat qđ an possit ipm petere ꝛ qua actione dubiū erat quia nō fuerūt deducte in stipulatione. sed in simplex pactū ꝛ si dicam⁹ istud fuisse mutuū nō pñt peti circa stipulationē. sed

4 dubiū est an nō sit mutuū sed mādatū. † qꝛ tūc esset ꝯtctus bone fidei vbi ex pacto incōtinēti apposito pñt peti vsure. l. publia. §. j. s. depo. nō sic ex apposito iuxta ꝯtctū stricti iuris qꝛ ille nō vestit pactū vsurarū etiā incōtinenti appositū. vt. C. de vsuris. l. quāuis. ꝛ rñdet ꝙ nō est ꝯtctus mādati si illud qđ est pcipiendum vltra semisses vsuras debeat ptinere ad ipm recipiētem qꝛ tūc apparet ꝙ nō gratis exhibuit officiū. sed sub spe illius lucri sed nec mutuū pōt dici. qꝛ in mutuo si pecunia mutuata pereat nō liberat̄ recipiēs cuꝫ teneat̄ in genere ꝛ si ꝑmisit vsuras ꝑ stipulationē tenet̄ ad illas. licet pecunia sit pempta. sꝫ in casu isto secus est in vtraqꝫ qꝛ non tenebit̄ ad sortē nec ad vsuras qđ nō est in mutuo si fuissent ꝑmisse. certe melior rō est ad ostendendū ꝙ nō sit mutuū illa quā supra dixi qꝛ mutuum nō dat̄ vt negotiet̄ ꝓ dante sed ꝓ seipso potius ergo vr̄ ꝯtctus societatis: sed nec ille dici pōt duplici rōne prima qꝛ translatum fuit dñiū in totū vt est dictū. scđo qꝛ si nō pciperent vsure vltra semisses nullā partē lucri sentiebat sempronius recipiēs ꝛ sic ꝯtctus nō erat cōis. vt. s. eo. si tibi rē vendēdā in fi. est ergo ꝯtct⁹

5 innominatus ꝛ dabit̄ actio ꝑscri. ver. ad dictas vsuras† sed ꝯ qꝛ ꝯtctus innominatus est stricti iuris nisi in duob⁹ casib⁹. s. de estima. act. ꝛ de rerū ꝑmu. ergo nō vestit pactū nudū vsurarū. gl. rñdet ꝙ licet sit stricti iuris tñ assimilat̄ ꝯtctui societatis vel mādati q sunt bone fidei quā glo. no. tu dic ꝙ hic nō orit̄ actio prescri. ver. ex pacto tanꝗ vestito coherētia ꝯtctus: quia tūc ꝓcederet ꝯrīū imo ex pacto ex quo perficit̄ cōtractus innominatus ꝛ sic ex ipso ꝯtctu inominato qui resultat habita relatione vnius ad alterum. s. do tibi triginta vt negotieris ꝛ restituas mihi vsuras semisses ꝛ ista est vera solutio. Hic non sunt alia.

2 Si ꝑsto tibi decē opas fabriles indebite credēs me teneri nō possum repetere totidē opas fabriles tuas. sed repetere estimationā earū quia in tantū es effectus locupletior ex meis.

3 Cōtractus innoīatus dr̄ eē de iuregētiū sicut ipsi ꝯtct⁹ noīati.

1 **Si operas.** † Actio ꝑscri. ver. pōt ꝯpi ex pacto expresso ad aliud oīno q̄ datū fit: sed ꝯdictio indebiti nō ꝯpit̄ nisi ad illud idē qđ datum est vel ad aliud oīno simile in genere suo. h. d. ¶ In text. ibi nec esse rñdet tacite obiectioni q̄ posset fieri ꝙ si do tibi operas fabriles serui mei vt totidē operas fabriles serui tui ꝑstes nō possum illas petere: sed debeā petere

2 estimationē. qꝛ sic videmus in cōdictione indebiti. † qꝛ si presto tibi. x. opas fabriles idebite credēs me teneri nō possum repetere totidē opas fabriles tuas sed debeo repetere estimationē earū quia in totū es effectus locupletior ex meis. vt. l. si nō sortem. §. libertus. s. de cōdi. ide. ad hoc rñdet iuriscō. ꝙ cōdictio indebiti est alterius nature q̄ actio prescri. ver. nā illa nō contrahit̄ nisi ad idē corpus qđ traditū fuit vt si cōsistat in specie vel ad aliud oīno simile vt si cōsistat in genere ꝙ si recipit in se omnimodā functionē cū auteꝫ soluunt̄ opere indebite nec ille eedē possunt repeti: quia nō extant nec alie similes nō solū diuersorū hominū imo etiā eiusdē hoīs ope non sunt eedem vel oīno similes ideo deuenit̄ ad estimationē vt dicit̄ in. d. §. libertus. sed actio ꝑscriptis verbis de sui natura pōt trahi ad aliā rem penitus diuersam vt si do tibi penulas. i. certas vestes vt mihi des tunicas nō ergo expedit deuenire ad estimationē ꝓ

3 pter diuersitatē operarū ꝛ hoc intendit† ꝛ nota hic expresse ꝙ cōtractus innominatus dicit̄ esse de iuregentiū sicut ipsi contractus nominati vt. l. ex hoc iure. s. de iusti. ꝛ iure.

Si tibi. Si trado tibi rem vtendam vt eādē restituas dicitur contractus cōmodati si vero vt restituas tantūdem in pondere vel eandē aut tantūdem dicitur cōtractus innominatus. h. d.

¶ Finis secūde partis Cōmentariorum dñi Pauli de castro super Digesto veteri.

¶ Lugduni apud Sebastianum Grypbem Germanū: anno a Christo nato. M. ccccc. xxvij.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss. Omnes sunt quaterniones.

iij. Esdre. iij.
Super omnia autem vincit Ueritas.



colorchecker CLASSIC

calibrite